rius habetur in.c. si motu proprio. de preben. lib. vj. Ubi indistincte deciditur ꝙ qualecunqꝫ beneficium habeat impetrās nisi de illo faciat mētionem nō valet impetratio scđi. Et diuidiť ista decretalis in duas partes. In prima questio. In secunda solutio. ibi: illud. ¶ Casus literalis aliqs habebat modicū beneficiū de quo nō poterat cōmode sustētari: impetrauit lr̄as sup obtinēdo beneficio pponēs se nondū beneficiū assecutū nullā faciēdo mentionē de illo bñficio lꝫ modico. dr̄ ꝙ litere non valēt tanq̄ fandulenter obtente. Bern. ¶ No. primo casum in quo nullū ⁊ minus[b] competens non equiparanť: et hoc ideo in casu nr̄o q: videť frauduléter[c] tacuisse tenue beneficium vt facilius haberet gratiā ad scđm. Sed alio respectu nullū ⁊ min⁹ vtile equiparanť: vt in.c. ij. de trāsla. episco. ¶ Ultimo not. ex. si. ꝙ surreptio in beneficialibus vitiat nedū grām: sed rescriptū. facit ad ea que dixi. ʒ. in.c. ad audientiā. ¶ † In gl. si. ibi: si de terra illius est oriūdus. signa gl. q: nescio alibi ꝙ si forēsis impetrat beneficiū et non facit mētionē de loco sue originis: grā est surreptitia. Quia in dubio papa intendit prouidere cuicūqꝫ in patria sua. ⁊ q̄uis do. Ant. nō videať hanc glo. approbare p no. in.c. ne p defectu. de elec. Ego tamē dico hāc glos. verissimā. Et ad no. in.c. ne pro defectu. dic ꝙ pcedit in canonicis q sciēter eligēdo forensem vidētur renūtiare eorum fauori. Sꝫ ista gl. procedit in impetrāte a papa q nō p̄sumiť scire rationē huius impetrātis: vñ taciturnitas nationis inducit surreptionem.[e] Quia si expressisset suā nationē papa nō concessisset sibi grām in partib⁹ alienis. vel saltē nō ita de facili vt colligitur j. de cle. peregri. per totum. Ad idem bo. text. in.c. bone. ij. de postu. prela. dum tex. ibi dixit. nec vellemus ei preficere alienū. ⁊ vide etiam text. not. in.c. nullus inuitis. lxj. di. ⁊ ad.c. ad decorē. j. de inst. qō videtur contrariari predictis: dic vt ibi not. ⁊ vide quod ibi dixi. hic non sunt alia.

Abutētes rescripto priuanť cōmodo ipsius.

1 Equiuocatio nominis tam actoris q̄ rei an vitiet rescriptum.

2 Rescripta nō possunt alijs cedi: q: sunt psonalia.

3 Rescriptum impetratū ad vnā rem: non extēdiť ad alias res creatas post impetrationem. 8.

4 Diuersi iudices nō debēt impetrari cōtra eundē siue super vno negotio vel pluribus. nu. 9. 10. 13.

5 Citatio facta ad locū equiuocū nō est nulla sꝫ arctat citatū vt cōpareat in loco consueto.

6 Expense et damna an sint idem.

7 Seruitus nō pōt cōstitui sine re: sed bene pōt quis obligari ad constituendā seruitutē qñ res erit.

8

9 Rescriptū corruit si impetrans moritur tēpore date: ⁊ ille contra quem impetratur.

10 Penalis dispositio extenditur ex idētitate rōnis vt seruetur dispositio non quo ad penam.

11 Ratio quando nō potest reddi nisi vna: illa habetur pro expressa.

12 Noua cōstitutio an qñ reguleť s̄m antiquam.

14 Iudex q pronūtat rescriptū nō valere: vel se non esse iudicē pōt cōdēnare partem in expensis.

15 Iudex nō teneť aliquē condēnare in expensis nisi fuerit petitum.

Iudex non impartit officium suum ad vtilitateꝫ priuatam nisi petatur.

16 Statutum si iudex nō terminauerit causam intra certum tempus puniať: nō habet locū si hoc nō fuerit petitū a parte. s. vt cito terminetur.

Appellari non potest a iudice q non condemnauit in expensis si non fuerunt petite.

Appellari nō potest a iudice qui non facit id qō potuit ex officio suo facere.

17 Iudex delegatus delinquens an possit puniri per ordinarium loci.

18 Abutētes rescripto an possint puniri criminalr̄. Impetrans p surreptionē potest etiam criminaliter puniri.

1 Ottia nōnulli. † Abutētes rescripto apl̄ico in casibus hic enumeratis priuantur cōmodo rescripti ⁊ condēnantur in sumptibus ⁊ dānis aduersario: ⁊ nō di
f uiditur. Nā ponit. vij. vel. viij. vitia abutentiū[f] rescriptis apostolicꝫ. ¶ Casus literalis. Poniť p
2 Ber. in glo. j. ¶ † Not. j. ꝙ equiuocatio nominis[g] non vitiat literas apostolicas. Et est pculdubio verum respectu ipsius impetratoris. nam ipse presumitur impetrasse ex quo est in possessione literarum: licet reperiatur alius qui sit eiusdē nominis. Facit qō not. in. l. duo sunt titij. ff. de testa. tutel. et qō no. glo. in.c. nonnulli. ʒ. eo. Sed respectu rei cōueniēdi posset cadere pbabilis dubitatio. ex quo multi reperiunť eiusdem nominis ⁊ cognominis. Et ꝙ equocatio vitiet videť bo. tex. in.c. inter dilectos. de fid. instru. vide tñ ad materiam qō nota.
3 in.c. qm̄ abbas. de offi. deleg. ¶ † Not. ij. ꝙ rescripta non possunt alijs concedi: sunt enim persona
h lia.[h] vnde nō excedunt personas in eis contentas. cōtcor. c. p. ⁊. g. de offi. deleg. Et ex hoc dicūt doct. ꝙ cedens iura sua alteri nō potest cessionario cō
4 cedere rescriptum. ¶ † Not. iij. quod rescriptum[i]
i simpliciter impetratum ad lites non dꝫ extendi

precij. Et adde ꝙ stante tali statuto: forēsis singularis peritie ⁊ doctrine nō cōprehēderetur in eo: imo talis forensis stante huiusmodi statuto nō prohibereť acqrere. l. sed ⁊ reprobari. in. §. si. in ver. maxime disciplinatus. ⁊ ibi p Ja. de are. ⁊ Bal. ff. de excu. tu. qm̄ talis forensis singularis doctrine habeť pro ciue ⁊ gaudet priuilegijs ciuiū: vt not. scribē. in. d. l. in quoruꝫ. Et adde etiaꝫ ꝙ phibitus acqrere p tale statutuꝫ nō posset acqrere sub noīe vxoris vel filiorū: q: p̄sumereť facere in fraudē ita bal. not. in. l. mācipia. C. si qs alteri vel sibi de quo p scribē. in. d. l. in quorum. ⁊ in. l. acta. C. plus valere qō agi. Et adō etiā ꝙ prohibit⁹ acqrere p tale statutum si fiat sibi legatū lꝫ nō possit hr̄e rem legatā: tñ debet habere estimationem. vt dixit Baldus. in l. apud iulianū. in §. constat. ff. de legat. j. ⁊ Bart. in. l. filius in. §. si qd. eo. tit. vel dꝫ habere rē legatā nō vt eā obtineat: sꝫ vt illā vēdere cōpellať s̄m Bald. no. in. l. cum q̄stio circa fin. in ver. vt scias. C. de leg. et vid Cy. in. l. deo nobis. C. de epis. ⁊ cle. ⁊ Fed. d sen. in ꝯsi. xij. ⁊ in consi. xxvj. ⁊ p do. abba. in.c. in presentia. in pe. char. de pba. Et adde qō forensis pprie dr̄ qui nō est natus i loco: sꝫ si est natus i loco licet ex patre forense nō dr̄ proprie forensis. ⁊ vide Paul. de cast. in cōsilio cxciij. in vlti. col. ⁊ per eundem in cōsi. suo. ix. Et adde quod illi qui sunt de castro, subdito episcopatui ciuitatis vbi viget tale statutum: non dicuntur esse forēses. ita no. voluit Bal. in auť. qua in prouincia. C. vbi de cri. agi opor. ⁊ vide Alex. in. l. in prouinciali. §. si. ff. de no. oper. nun. ⁊ per Bal. in rub. C. qui accusa. non pos.

d ¶ Cuicūqꝫ in patria sua. Unde tex. iuncta gl. in. l. in ecclesijs. C. de epi, ⁊ cleri. ⁊ per totū tit. de cle. peregri. qō est bene notandū ad excusationē nonnullarū ciuitatū statuentiū beneficia ⁊ officia nō esse danda forēsibus ⁊ alienigenis. qō bene seruāt dñi veneti. ⁊ vide Bal. hic ⁊ do. meū. faciat illud Cice. potiores nobis (inquit) sunt ciues q̄ peregrini. ⁊ tex. sing. in. l. ij. C. de anno. ciui. lib. ij. in ver. pauperib⁹ nostris. ⁊ ibi Bar. et tex. in.c. si. de cleri. peregri. ⁊ facit. c. nullus. lxj. dist. ꝙ intellige si reperiātur idonei: alias capienť extranei: ⁊ ita intelligiť. c. venerabili. de preb. ⁊ quod not. in.c. cum inter canonicos. de elec. ⁊ in.c. bone. el. ij. de postul. prela. ⁊. c. inter quatuor. de relig. domi.

¶ Adde And. sicu. consi. xxxvij.

Anto. Fran. ¶ Circa materiam statuti prohibētis forensem habere officia siue acqrere simpliciter siue acqrere imobilia vltra ea q̄ plene traduntť p scribē. in. l. in quorū. ff. de p̄g. videas q̄ habenť p do. Ant. in cōsi. suo ꝙ incip. an valeat statutū. ⁊ per Bar. ⁊ doc. in. l. dubiū. C. de cōtrahen. emp. in. l. si ita qs. in. §. ea lege. ff. de verb. obl. ⁊ p Pau. de ca. in cōsi. cxcvj. incip. posset qs dicere. ⁊ p Alex. post Bar. in. l. si in emptiōe. §. omniū. de cōtrahen. empt. ⁊ p eundē Alex. in. §. j. de act. empt. ⁊ p Jo. and. But. ⁊ doc. in.c. cōstitutus. de in integ. restit. ⁊ vide Bald. in. l. fin. in §. si. C. cōia de leg. vbi dicit ꝙ tale statutū est ꝯ ius cōe ⁊ ideo nō extendendū tanq̄ odiosum, ⁊ ideo dicit ꝙ in dubio nō operať in cōmissiōe

e ¶ Inducit surreptionē. Uide Bal. in.c. eā te. ⁊ ibi dixi. ʒ. e. And. barb.

f ¶ Abutētiū. Uide. c. sedes. ⁊. c. nonnulli. in. ver. abutuntur. ʒ. eo.

g ¶ Equiuocatio nominis. Uide in.c. inter dilectos. de fide instrumen. ⁊ in.c. quoniam abbas. ⁊ ibi not. de offic. deleg. ⁊ Spec. de cita. §. j. ver. quid si. ⁊ ver. sequenti.

h ¶ Sunt enim personalia. Uide. ʒ. in.c. significāte. ⁊ ibi istum in. j. not. ⁊ Jo. and. hoc limita nisi rescriptum impetratū ab vno alteri prosit vt in re indiuidua: vt in. l. j. C. de diuer. rescri. ⁊ facit bo. tex. in. l. si communem. ff. quēadmo. ser. amit. ⁊ multa accumulat hic do. me⁹ circa mistu ram. ⁊ vide eum hic. ⁊ in repe. c. raynaldus. circa si. de testa.

i Sebasti. Sapia. ¶ Qō rescriptum. Uide multa que ad ppositum ponit Feli. in.c. si. col. vlt. ʒ. de consti. ⁊ Calde. in cōsi. j. sub tit. de cōstit. ⁊ preposi. in.c. cū haberet. de eo qui duxit in matrimonium quā polluit per adul. vbi ponit qd si papa cōcessit literas vni vt possit absolui ab excommunicatione papali incursa propter aliquod delictum an poterit absolui pro tempore quo perseuerauit in delicto post impetratas literas,

ad futuras[a] controuersias exortas post impetrationem. Et ad hoc quotidie alle. iste tex. Idem dicimus de rescripto ad beneficium vacaturum vt non extendatur ad beneficium creatum post datā literarum. vt in clemen. si. j. eo. tit. ¶ † Item not. quē non posse impetrare diuersos iudices contra eūdem siue vnicū sit negotium siue sint plura. ꝛ de hoc dicēdum: vt hodie clarius habeẗ in. c. dispendia. j. eo. lib. vj. ꝛ aliqd. j. cum glo. ¶ † Itē not. ibi: que cōmune. iuncta gl. in verbo: vel indeterminate: ꝙ citatio facta ad locū equiuocū[b] nō est ipso iure nulla: sꝫ arctat citatū ad ꝯparēdū in loco solito. de quo dic vt clarius habeẗ in glo. ¶ † Ultimo no. ꝙ expense ꝛ dāna sunt diuersa: ꝛ hoc verū stricte sumpto vocabulo: sed largo modo nō differunt. de quo dic vt legitur ꝛ no. in. c. in nostra. de iniur. ¶ † In glo. in verbo: ad futuras ibi futuro edificio.[c] glo. nō soluit hoc contrarium: sed dic ꝙ rei que nondum est seruitus constitui non pōt: qꝛ nō pōt esse qualitas sine subiecto: vt in. c. cū marthe. de cele. mis. Sed psona bene pōt obligari ad cōstituendum seruitutē cum res erit in rerum natura. Et hoc casu loquunẗ ꝯtraria alleg. in prin. glos. Unde papa concedens simpliciter rescriptū videtur habuisse respectū ad lites tūc exortas. qꝛ cū rescriptū sit quedā qualitās que datur ad iuris obseruantiā oportet ꝙ inhereat[d] alicui rei: et sic qꝺ habeat aliqꝺ subiectū: ꝛ istaꝫ puto rōnē decidendi in cle. si. eo. tit. Quod ideo rescriptū nō trahiẗ ad beneficiū postea creatum qꝛ oportet ꝙ tpe impetratiōis sit aliqꝺ subiectū super quo fundeẗ illa gratia. Hinc est ꝙ si mortu⁹ est tpe date is cui cōcediẗ priuilegiū corruit ipm priuilegiū: vt in. l. neratius. ff. de regu. iur. Idem est si tempore date mortu⁹ est ille ꝯtra quē ꝯcedebaẗ rescriptū: vt in l. ij. ff. q̄ sen. sine appel. rescin. oīa enim ista corruūt ex defectu subiecti nō existentis tpe dati rescripti. ¶ † Glo. in ver. sup vno negotio: ibi: imo videẗ ꝙ causam debeat pdere. Aduerte tn̄ ne ista glo. decipiat te. nā nō dicit hoc assertiue: sed arguēdo loqtur. Et veritatē huius articuli posuit gl. in. c. ex tenore[e]. s. eo. Et ibi concludit ꝙ trahens aliqueꝫ ad diuersos iudices super eodē negotio non debet perdere causam[f] lꝫ possit in expensis condennari. ꝛ. l. hic alle. ponit casū specialē ꝛ latius hāc materiam tetigi in. d. c. ex tenore. Et iudicio meo hic videtur casus ꝙ nō debet perdere causam cū papa mādat istum condēnari in expensis ꝛ in pditione rescripti ergo secus respectu cāe. ꝛ tene hoc 10 vltimum menti. ¶ † In gloss. in versi. super pluribus psonalib⁹ in fi. ex hac glo. possunt elici due. q. prima nūqd dispositio huius tex. habeat locū in realib⁹ actionib⁹. ꝛ eodē modo pōt queri quo ad effectū. c. dispēdia. ḋ rescrip. in. vj. cū ibi rescripta annulleẗ ipso facto impetrata cōtra eundē sup pluribus actionibus psonalibus. Et in hac. qōe. glo. tenet hic ꝙ non: ꝛ multi hic tenuerunt ꝙ non debet fieri extensio ꝯstitutionis odiose ꝛ penalis. Sed Hostien. hic ꝛ in. c. dispendia distinguit qꝺ aut cōmodius possunt tractari apud iudicem: et habet locū dispositio istorū iurium etiam in realibus. Secus si non commodius: vt puta qꝛ res ꝛ testes sunt in varijs locis. ¶ Ioan. and. dicit ibi qꝺ dispositio est obseruanda in realibus. Sed nō habet locū pena illius. c. Et est hoc dictuꝫ singulare in materia extensionis: vt dicamus qꝺ dispositio penalis debet extendi ex idētitate rationis respectu statuti id est vt obserueẗ ipsum statutū: sed non debet extendi quo ad penā: vt si de facto non fuit obseruata dispositio cōmittatur pena. Tamen in hac materia extensionis Io. and. fuit sibi multū cōtrarius maxime in glo. suis ꝛ vide quod ipse not. in regula in penis. de regul. iur. libr. vj. in merc. ꝛ glo. in. c. cōstitutionē. de regularibus libro vj. ꝛ in. c. in fidei fauorē. de here. eo. lib. ꝛ in cle. j. de elec. Sed mihi placet ꝙ vbi pōt apparere de rōne legis[g] ꝙ tunc ex identitate rationis debet extē b di etiā quo ad penā.[h] Ad hoc allego tex. no. in. l. ij. in. §. qd si curatores. ꝛ in. §. quid si decesserint. ff. ad tertul. vbi hoc probatur apertissime. Ad ideꝫ bo. tex. in. l. libertum. in. §. senatus. ff. de ritu nupt. Nec ex hoc dicas ꝙ illa sit interpretatio extēsiua: qꝛ imo est intēsiua ꝛ intellectiua: qꝛ lex nō est aliud c q̄ ipsa ratio legis: vt probaẗ in. l. non dubium. C. de legi. ꝛ ibi p bal. ꝛ in regula. fi. de reg. iur. libr. vj. ꝛ ibi per Dy. Unde quēadmodum corpus regulatur ab anima: ita ꝛ ipsa lex regulatur ratione legis[i] ꝛ non a verbis. Nam verba legis restringuntur ꝛ ampliātur ad limites rationis ipsius legis: vt est pulcher tex. in. l. cum pater. §. dulcissimis. ff. de lega. ij. ꝛ text. in. l. pater filium. §. fundum. ff. de leg. iij. ꝛ facit qꝺ not. Bal. in. l. scire. ff. de excus. tut. Et lꝫ Bar. dixerit in aut. quas actiones. C. de sacrosan. ecde. quod ex idētitate rationis nō debet d

a ¶ Ad futuras. Uide que plene not. in. c. qꝛ circa. de priuile. ꝛ ibi dicaꝫ. Lim ita tn̄ hūc tex. nisi rescriptū ad futura: puta mercator impetrauit rescriptū ꝙ possit cōuenire pteritos debitores ꝛ futuros ꝭm Io. and. in addi. Spec. in tit. de rescrip. presenta. §. rōne aūt cen. ver. excipitur. i addi. que incipit accursius. tamē tales lr̄e sunt cōtra stilū curie ꝛ presumunẗ surreptitie nisi appareat de certa scia pape limita scḋo istum text. ꝭm But. hic nisi simus in casu 5 in quo ex eadem istātia seq posset cōdēnatio ppter ius futurū super 6 ueniens. qꝺ putat ipse procedere qn̄ b ius puenit ex casu de pterito. sec⁹ 7 si oīno superueniret de nouo: limita tertio nisi paulo post datā rescri 8 pti controuersia c fuerit orta p glo. celebrē. in cle. literas. j. eo. et voluit Host. hic q dicit illud pcedere nō solū in rescripto ad lites: sꝫ ēt i rescripto ad benefic. ꝛ sic cle. lr̄as. d nō hꝫ locū in bn̄ficio paulo post dataꝫ creato. Limita ēt ꝛ q̄rto nisi agaẗ ḋ modico piudicio: qꝛ v̇ba vniuersalia icludunt futura. l. fin. C. q̄ res pig. obli. pos. ꝛ voluit bal. in. l. ij. ff. de pcur. 9 facit quod voluit Spe. eo. titu. s. de pcu. §. rōne autē. ꝛ voluit Ro. i. l. e dāni infecti. in. §. si is q vicinas. ff. f de dā. ifec. Limita quinto nisi lites future sint cōnexe litib⁹ p̄senti bus qꝛ venient lites orte post mandatū ꝭm Dy. in. l. q hꝫ. §. fi. ff. de tut. ꝛ ibi per Bar. ꝛ do. meū hic: q alleg. in sīti. gl. sing. in cle. j. in ver. deputatis. de test. facit gl. in cle. vt hi qui. de eta. ꝛ quali. sup ver. in posterū. ꝛ p istū in. c. pastoralis. in. §. verū. de app. Limita. vj. nisi futura sint appendentia p̄sentiū: vt est pign⁹ vel hypothec. l. fi. C. q̄ res pig. ob. pos. ꝛ per Gui. ꝛ Dy. ꝛ bal. hic in. ij. col. Limita. vij. nisi futura veniāt iure accrescēdi. ff. de inoffi. testa. l. qui repudiantis. §. vlt. ꝭm Bal. hic in. ij. col. vel nisi futura veniāt rei augmēto. C. de app. l. ampliorē. §. fi. ꝭm Bal. hic qn̄qꝫ tn̄ dicimus futura nō cōtineri ꝭm Bal. hic per not. ff. de cond. ꝛ demon. l. nā ad ea. ff. mā. l. si tibi mandauero. §. is cuius. nisi sit adēptus status simul cū bonis. ff. de leg. iij. l. si deportati seruo. quo casu etiā futura veniunt: lꝫ possessio futurorū nō acquiraẗ fisco sine apprehēsione: vt no. ff. man. l. cū duob⁹. §. idē rn̄dit. vbi est optima gl. ꝛ plenius dicam in d. c. qꝛ circa. post istū. Adde do. de Rota. deci. cccclxx. in antiquis.

Anto. Franc. ¶ Circa hoc an statuta extēdanẗ ad casus futuros. adde ꝙ regulariter statuta ꝛ leges cōprehendūt casus futuros ꝛ nō pteritos. l. fi. in fi. C. si cer. pe. vbi per Bal. ꝛ p Bart. in. l. omnes ppl̄i. in. v. qꝺ. prin. in. xvij. col. ꝛ ibi etiā per Alex. in. viij. col. ff. de iusti. ꝛ iur. ꝛ in. l. illicitas. in prin. ff. de offic. p̄sid. ꝛ habeẗ per Bal. in. l. meminim⁹. C. de leg. heredi. ꝛ in. l. vnica. in. §. locū. C. de cadu. tol. ꝛ per eundē Alex. in. l. cum lex. ff. de legi. ꝛ in consi. suo. lxxix. in quarta parte ꝯsiliorum. vbi dicit ꝙ statutū nō trahitur ad preterita etiaꝫ si ratio statuti posset trahi ad casum pteritū. qꝺ etiā voluit Bal. in. l. testiū. in vlt. no. C. de test. ꝛ in. l. comparationes. in vlt. no. C. de fi. instru. vbi dixit ꝙ forma probādi q̄ inducitur per statutū comprehendit futura ꝛ non preterita imo nec etiam ꝭm eum traheretur ad causas p̄sentes. de quo vide Bart. in. l. oēs. populi. in. ii. q. p̄n. ꝛ ppterea dicebat Pau. de castr. in. l. iubem⁹. C. de test. ꝙ statutū disponēs ꝙ testamēta fiant cū certa solēnitate ītelligiẗ de testamētis futuris: nō aūt de factis: lꝫ mutari possint a testatore viuo et de nouo fieri cum solennitate statuti. tamen Ang. in auẗ. vt noue constitutiones. ꝛ in auẗ. vt cum de appellatione cognoscitur. in princip. in vsi. aduerte. p declaratione videẗ tenere cōtrarium de quo vide Barto. in. d. l. omnes populi. in. ij. q. v. q. prin. in ver. circa tertium. ff. de iusti. ꝛ iure. ꝛ in. l. sancimus. in fin. C. de sac. san. ecc. ꝛ vide per Pau. de ca. in cōsil. suo xc. incip. in causa Sfortij. Et de materia ista statutorū q̄ comprehendant ꝛ ad ea que extenduẗ ꝛ quā extensionem ꝛ interpretationē patiātur ꝛ recipiāt. vide plene p bartol. ꝛ omnes in. d. l. omnes populi. ꝛ in. l. si vero in. §. de viro. ff. soluto matrimonio. ꝛ in. l. si serui vestri. C. de noxa.

b ¶ Ad locum equiuocum. Facit qꝺ leg. ꝛ not. in. l. pen. ff. de iustitia ꝛ iure. ꝛ qꝺ ibi not. p moder.

c ¶ Futuro edificio. Adde apostillā domini bartol. bellencini i. c. ad audientiā. de eccle. edific. ꝛ do. Card. ꝛ alios in c. ad dissoluēdū. de ḋspōsatio. impub. ꝛ in cle. literas de rescrip.

d ¶ Inhereat. adde qꝺ voluit Roma. consi. ccclxxvij. vbi dicit quod mandatū procuratoris constituti in lite ad beneficium censetur tacite reuocatum per renuntiationeꝫ prelati factam de ipso beneficio: quia mādatum non habet amplius qd super quo se fundet.

e ¶ Ex tenore. Uide ibi dicta.

f ¶ Perdere causam. Adde videndū Pet. de ancha. consil. xvj. in fin.

g ~ Sebasti. Sapia. ¶ Ratiōe legis. Uide Ias. in. l. j. C. de in ius voc. vbi tenet qꝺ in correlatiuis in penalib⁹ dispositio loquēs in vno extēditur ad aliud quo ad penā quādo est eadem ratio. ꝛ de rōne legis qꝺ sit tanq̄ anima. ad hoc propositū vide multa per Curtium seniorem in consi. ix. ticinensi statuto. colum. ix. vbi etiam tenet ꝛ probat ex multis quod vbi est eadem ratio nō dicitur fieri extensio: vide etiā do. Ia. in. l. penul. ff. de in ius. voc. vbi tradit an dispositio que extenditur ad vnum casum extendatur quo ad penam.

h ¶ Quoad penā. Uiḋ bo. tex. ꝛ ibi Bal. in. c. j. §. porro. in ti. que fuit prima causa bn̄fi. amit. ꝛ plene p Imo. ꝛ Ro. in. l. si vero. §. de viro. ff. sol. mat. ꝛ in. c. constitutionem. de regula. lib. vj. cum concor.

¶ Adde do. Car. cōsi. lx. And. sicu. consi. xxxiiij. xlviij. ꝛ. lj.

i ¶ Regulatur rōne legis. Uide per Dy. in reg. fi. de reg. iur. lib. vj. ꝛ p Bal. in. l. non dubium. C. de legi. cum concor.

Zacharias. ¶ Et vltra illas adde Phil. frā. in alle. reg. fi. istū consil. j. colū. iij. ver. vltimo adduco pulchrum motiuū. vol. j. qꝺ elicit ex dictis Cy. in. l. nō dubium. C. de leg. Bal. in. l. scire. de excu. tut. ꝛ consi. cccxcix. col. ij. vol. j. Alex. consi. lij. col. iiij. ver. quinimo plus. vol. iiij. ꝛ Lud. ro. in repe. auẗ. similiter. col. xxvij. ꝛ sequen. C. ad. l. fal.

¶ Adde qꝺ Bal. cōsi. ij. lib. iij. dicit ꝙ rō legis mēs ꝛ verba ideꝫ sunt.

a ❡ Extensio ad limites illius rationis. Adde glo.⁊ ibi Card.in cl.j.in ver.eligatur.de elec.⁊ gl.in cle.j.de rescrip.in v̄si.presidentes in fi.⁊ glo. in cle.auditor.in ver.beneficio.eo.titu.glo.in.c.ij.de confes.lib.vj. doct. in.c.ij.requirit de appel.istū in.c.sicut de testi.⁊ in.c.pe.de immu.eccle. ⁊ in.c.fi.in prin.x.col.de iureiur.⁊ in.c.j.in.viij.colum.de re iud.⁊ in.c.de prore.de sepul.in ij.col.⁊ in.c.eccle sie.⁊ in.c.q̄r plerū q̄.de immu.eccle.⁊ ⁊ in.c.suggestum ⁊ in.c.proposuit. de appel.⁊ in.c.ꝑ tuas.eo.tit.⁊ in.c. inquisitionis.in a iiij.col.de accu.⁊ in.c.fin.§.ceterū. de ele.⁊ in.c.peñ. in fin.de constitu. po.in.c.frequens. de resti.spo.in.v. col.⁊ in.c.eū qui. in.iij.colū.de pre ben.lib.vj.
❡ Adde Andr. Sicu.cōsil.xxxij.⁊ quando in corre ctorijs sit fienda extēsio vide Ro ma.consi.cccxxx vij.⁊.cxxviij.
b ❡ In c.j.de tem po.ordi.lib.vj. vi de que plene dixi in notabilib⁹ iv. extēsio adde bal. in.l.maximum vi tiuz.C.de lib.ꝑte. in.iiij.col.in v̄.vl terius querit̄ de tali.qō.⁊ Pe.de ancha.in.c.statu tū.§.cū aūt.eo.tit. libr.vj.vbi refert se ita cōsuluisse ī facto apud Ter uisiū.⁊ Jo.an.in addi.Spec.in ti. de sen.§.cū autē. ⁊ in tit.de execut. sent.§.postremo. faciat qō no.bar. in.l.j.§.et parui. ff.qō vi aut clā.et Bald.⁊ ibi plene ꝑ do.meū in.c.j. §.eo.⁊ in repet.c. raynaldus.de te sta.ī.lxviij.char. in versi.ista glos. induci posset ad questionem.
Sebasti. Sapia.

c ❡ Extensionis. vide que addita sunt ad abbatez in proe.Greg.col.iiij.vbi.d.Abb.re putat etiam sing.glo.in.d.c.j.de tēp.ord.lib.vj.

d ❡ Constitutio noua. Adde duos bonos tex.simul iuncto in.l.vt tātū. ff.de seruo cor.iuncta.l.siquis seruo.C.de fur.
Adde Roma.consi.ccclv.

e ❡ Cum dilecta. Ipsum tex.allegauit iste in.c.cū oēs.in.v.col.§.de con sti.⁊ in.c.pastoralis.in.j.col.de rescri.⁊ in.c.quēadmodū.de iureiur.⁊ in c.iurauit.de ꝓbatio.iij.col.⁊ vide que dixi no.in litera.e,in v̄s.extēsio, in no.incip.dispositio simplex.

f ❡ In expēsis. Adde aliū bonū tex.in.c.ceterū.⁊ ibi doc.de rescrip.⁊ vi de do.Car.hic tenētē ꝯ Pe.⁊ Spe.⁊ sic tenuit illud qō tz hic iste.⁊ vi de Jo.de imo.post Bar.in.l.iudex postq̄.ff.de re iudic.⁊ Pe.de anch. in repe.c.finē litib⁹.de do.⁊ ꝯtu.vbi alle.Fede.de se.in ꝯs.suis.⁊ Jo.de imo.in dicta cle.j.⁊ do.meum hic nitentem sustinere cautelam Pe.de Saxonia.Spec.⁊ Jo.and.tene tamen in practica opinionem istius.
❡ Adde Jo.mo.in.c.dispendia.eo.tit.Fede.consil.xxvij.

g ❡ Petitū. Adde istū in.c.finē litib⁹.de do.⁊ cōtu.⁊ in.d.c.venerabilis,

indu: ⁊ legum correctio: multi tñ dixerūt cōtrariū ⁊ tenet gl.in.d.aut.quas actiones.seu in.l.fin.eod. titu. Itē illud dictū Bar. procedit qñ ratio legis nō est expressa: aľs secus.⁊ ita ibi limitauit Bal. illud dictū Bart. 11 † Et plus ego puto ꝙ etiā si rō non sit expressa in lege tamen ex quo non pōt elici nisi vna ratio finalis ⁊ indubitata: debet fieri extē sio ad limites illius rationis.[a] Quia presumendū est legislatorē fuisse motum ex rōne finali: vt not. sentit glo.in.l.tale pactum.ff.de pac. Et hoc qō.§. dixi videt̄ tenere notabiliter Bal.in.l.maximum vitium.C.de libe.ꝑte.⁊ Cy.post.Pe.in.d.l.nō du bium.⁊ in.l.j.C.que sit long.consuet.⁊ ita comperi me in.q.facti consuluisse. 12 ❡ † Ex his cōcludo pri mā q̄ōnē q̄r vbi est eadē rō in realibus q̄ est in ꝑso nalibus: hz locum dispositio istius tex.⁊.c.dispen dia. Et adde ad ꝑdicta glos.sing.in.c.de tēp.ordi. lib.vj.[b] que est singularis ad istā materiā extensio nis.[c] Et hec distinctio cōmoditatis quā feci ī rea libus habet locū etiā in personalibus: lz Cōpost. aliud hic senserit. Sed Hosti.⁊ Jo.an.post eū vi dent̄ tenere hoc in.d.c.dispendia. Et q̄q̄ ille tex. apponat penā sine distinctione ꝯmoditatis: tñ q̄r illud.c.distinguit ⁊ fundat se sup cōmoditate: non est absurdū vt illa cōstitutio noua[d] recipiat inter pretationē ⁊ qualificetur ₰m istā dispositionē an tiquā.argu.in.l.nō est nouū.⁊.l.sz ⁊ posteriores.ff. de leg. Et no.hoc in materia interpretatiōis vt si lex antiqua loquat̄ q̄lificatiue: lex autē noua ap ponit maiorē penā ⁊ nō replicat qualitatē legis antique illa qualitas subintelligit̄ repetita: satis eñ est ꝙ prouidet de grauiori pena. qō est singu lariter notādū.⁊ facit qō not.Bar.in.d.l.sed ⁊ po steriores ꝑalle.⁊ ꝑ hoc etiā expedit̄ scda qō q̄ taci te pōt colligi ex ista gl. 13 ❡ † In gl.in verbo: lr̄as. in fi.no istam glo.singulariter.⁊ in effectu q̄rit nū quid corā pluribus ordinarijs possuz aliquē tra here eodē t̄pe sup diuersis actionib⁹: vel sup vna trahere corā delegato ⁊ sup alia corā ordinario. Et ponit hic gl.ꝯrias ⁊ postremo r̄ndet ꝙ hoc fie ri nō pōt sicut nec corā diuersis iudicibus delega tis. Et sic glo.vult extēdere id qō hic d̄r in delega to ad plures ordinarios ⁊ ad delegatū ⁊ ad ordi nariū simul. Sed Inno.⁊ Cōpost.tenēt ꝯriā sen tentiā nā si ꝯuenio te corā delegato sup vna actio ne si nō possem te conuenire corā ordinario super alia frustraret̄ ista mea actio cū nō ꝯprehendat̄ in rescripto ⁊ sic nō possem te cōuenire corā dele gato: vt in.c.cū olim.j.de offic.dele. Ego sic dicerē ꝙ aut q̄s traheret eundē corā diuersis ordinarijs sup pluribus actionibus q̄ cōmodius p̄nt tractari apud vnum: ⁊ tunc hz locū opi.huius gl.nā ex idē titate rōnis debet fieri extensio huius.c.maxime cū hoc cōtineat in se magnam equitatē.argu.in.c. cum dilecta.[e] de confir.vti.vbi bo.tex.aut volo te conuenire coram delegato ⁊ ordinario ⁊ tunc aut

prius cepi te conuenire coram ordinario: ⁊ obstat exceptio. Sic si volo cōuenire te corā delegato su per alio dūmodo possim commode corā ordina rio istā actionē promouere.arg.hui⁹ tex.aut prius conueni te corā delegato: ⁊ tunc habeat locū opi. Inno.vt possim trahere te sup alio coraz ordina rio ne actio mea interim frustraretur: ⁊ maxime hoc procedit si volo te cōuenire super actiōe corā ordinario exorta post impetrationem rescripti. ❡ In gl.ante pe.no.glo.pro intellectu illi⁹ antēti ce ⁊ consequenter.vide qō no.Jo.an.in.d.c.dispē dia. 14 ❡ † In glo.fi.ibi: ꝙ isti ijdē iudices.not. bene gloss.que continue allegat̄ ꝙ lz iudex delegatus perpendat rescriptū nō valere nihilominus an nullando rescriptū pōt cōdēnare actorē in expen sis[f] q̄r quo ad istud incidens est iudex. Ad hoc ho die videtur tex.cū glo.in.cle.j.ꝯ.eo.ti. Et idē potes dicere eadē ratione in ordinario cui⁹ iurisdictio declinatur a reo. Quia lz iudex ꝓnuntiet se nō eē iudicem rei potest nihilominus condēnare acto rem in expensis.q̄r sicut est iudex sup illo incidēti an sua sit iurisdictio: vt in.c.sup literis.⁊ qō ibi di xi.§.eo.ita est sup accessorijs ad ip̄m incidens.j. de offi.dele.prudentiā. Aduerte tñ ad vnā nota bilē limitationē.Pe.quā sequunt̄ cōiter doct.hic ⁊ Spe.in ti.de expensis.ī.§.iuxta.ver.ix. Dicit eñ cautū esse vt prius iste iudex ꝯdēnet in expensis et postea pronuntiet rescriptū non valere.ita si pri⁹ pronuntiaret rescriptū nō valere: nō poterit post ea cōdēnare in expensis quasi per ꝓnuntiationē desierit esse iudex. Sz ego hoc dictū nō soleo seq. Et credo firmiter ꝙ de iure nō sit verū. Et primo allego casum forte expressum in contrarium in.c. cū appellationibus.de appel.lib.vj.vbi dicit tex. ꝙ iudex appellationis pōt pronuntiare appella tionem friuolam ⁊ cōdēnare appellatorē in expē sis nedū in eo tēpore sed ꝑ totā illā diem. Quia in istis accessorijs durat iurisdictio iudicis ꝑ totam illam diem vt ibi: ⁊ in.l.paulus.ff.de re iudic. Ecce ergo quod pronuntiando appellationē friuolam pronuntiaret per consequens se nō esse iudicē: sed q̄r habebat iurisdictionē super illo incidenti po test condemnare etiā in expensis. Ita dico in pro posito quod non sit necesse vt prius fiat condēna tio. Quinimo posset fieri post pronuntiationem per totam illā diem. Itē probo ratione: pronun tiando rescriptū non valere pronuntiat solū se nō habere iurisdi.in principali.nō autem in inciden ti: imo eo ipso quod pronuntiat videtur fateri se habere iurisdi.in incidenti: ergo potest condem nare in expensis cum istud sic accessorium ad illā questionem incidentem.⁊ hoc bene not. 15 ❡ † In ea.glos.ibi dummodo petitum[g] fuerit ab eis.not. glo.quia singularis est limitans multum.l.sanci mus.C.de iud.vt id quod dicitur quod iudex non condemnans partem in expēsis tenetur resarcire

hic alleg.⁊ qō voluit in.c.lz causam.de ꝓba.⁊ adde Bal.in.l.nō q̄cq̄d. ff.de iudi.ꝑ dicto Spe.hic alleg.per istū.⁊ Pet.de anch.in.c.sciscitat⁹. §.eo.facit qō voluit glos.⁊ Bald.in.l.j.C.quō ⁊ qñ iu.⁊ in.c.j.§.iudices. de pa.iura.fir.in v̄si.feud.vbi dixit ꝙ ad hoc vt iudex dicat̄ negligens dz ps instare ⁊ petere ab eo.alleg.tex.in.l.si q̄s ex argentarijs.§.cū aūt. ff.de edē.⁊ glo.in l.cum seruū.C.de ser.fug.⁊ adō do. Car.in.c.cū sit ge nerale.de fo.cōp. vbi dixit ꝙ dz pe ti iustitiaz reddi ad h̄ vt iudex di catur negligens ꝑ gl.hui⁹.c.⁊ vid istū ī.c.auditis.d ꝑcu.⁊ vide Bar. in.l.cōsentaneū. in fin.C.quō ⁊ qñ iudex ⁊ ibi Bal. in prin.in ver.itez mandatū ibi: itez hoc dz fieri ad pe titionē actoris.et Bal.in.l.j.§.ma gistratibus.ff.de magi.cōueni.⁊ ꝙ voluit But.ī.c.si gnificauerunt.de except.⁊ in.c.sup hoc.de renū.⁊ gl. in.c.lz cām.de ꝓ ba.lz do.me⁹ di cat hic ꝙ lex san cimus loq̄tur in ordinario: ⁊ ꝯtra riū decidat tex. in dicta.l.sanci mus.in ver.scien ter iudicibus no stris si hoc omise rint ex substātia sua lesis detrimē tuz resarcire: vbi verba dirigūtur ad iudicē: ⁊ ꝑ ꝯse quēs dirit̄ iudicis officiū: vt est glo. multū solēnis in l.si soror.C.d col. ⁊ facit tex.ī.d.cle. j.vbi tex.dicit per iudicem: ergo iu dex dz cōdēnari ī expēsis: lz nō pe tat̄ ⁊ not.illud ꝙ dicit iste ī.d.l.san cimus.tene tamē opi.isti⁹ q̄ est cōis nec ob.d.l.sanci mus.q̄r dz intelli gi ₰m tex.ī.d.cle. j.⁊ ī.d.c.ceterū.et d.c.cū appellationibus.ꝑpter rōnē istius ad quā nō r̄n.d.meus. Anto.Franc.
❡ Circa istā materiaz de negligentia iudicis. Adde.ꝙ iudex non d̄r negligēs si nō facit ex eo q̄r pars nō petijt.q̄r nō tenet̄ im partiri officiū suū nisi petat̄.l.iij.§.hoc aūt iudiciū.ff.de dā.infect.pro quo vide notabilē glo.in.l.cū seruū.C.de ser.fug.⁊ vide not.in.l.argēta riu.in.§.cū aūt.ff.de edē.⁊ ꝑ Bal.in.c.j.§.iudices.ī iij.col.de pa.iu.fir.ī v̄si.feud.⁊ eundē in.l.mācipia.C.de ser.fug.⁊ in.l.j.in.§.magistratibus. vbi bo.tex.ff.de magi.ꝯue.⁊ ideo dicebat Bar.in.l.dāni infecti.in.§.sa binus.in fi.ff.de dā.infec.ꝙ negligētia iudicis nō p̄sumit̄ nisi post ꝓtesta tionē sibi factā ⁊ nisi ꝑ interpellationē.⁊ vide etiā Bal.in.d.l.mācipia. C.de ser.fug.⁊ in.l.si qñ.in.j.col.C.de testi.ꝙ negligentia iudicis est la ta culpa vel dolus p̄sumpt⁹.⁊ qō ꝯmittit in nō recipiēdo libellū queri moniarum ⁊ in recipiendo testes ⁊ partium ꝓbationes ⁊ facit ipsum iudicem teneri.⁊ alibi dixit Bald.in.l.non solum.C.de cōmer.⁊ merca. quod negligentia in iudice circa crimina deducta coram eo facit eū cō scium criminum: imo dixit Bald in.d.l.mancipia.ꝙ non solum iudex negligens tenetur parti ad interesse: sed etiā est sufficiens causa vt ipse

iudex priuetur officio.⁊ vide Specu.in titu.de cõpet.iudi.adi.in.§.j.in ver.xxiij.ꝙ negligẽtia iudicis laici in non faciendo iustitiã inter subditos suos:facit secularẽ effici de foro ecclesiastico.

Zacharias.¶ Addõ p̃di.gl.Bar.Bal.⁊ Pe.de suza.in.l.fi.C.qñ puo.nõ est neces.Bar.in.l.iiij.§.hoc aũt.de dã.infec.Bar.in.l.nõ quicqd.§.si iudex.ff.d iudi.

vbi cõcludit cum isto.Idez Nic.de a neapo.i.l.j.§.ma gistratibus.ff.de magi.cõue.⁊ spe.in tit.de appel.§.ij.v̇.xxxiiij.⁊ seq.⁊ in tit.de dona.i ter vi.⁊ vxo.§.fin.v̇.illud.Sz vtruz iudex q ob defe ctũ cõdẽnatiõis in expẽsis petitis illas soluit pote rit illas a victo re petere.no.ple.Iaco.rebuf.in.l.missi.nu.iij.et in apost ad eũ.C.de exac.tribu.libr.x.b Anto.Francisc.¶ In isto passu.an iudex q omi sit victũ condẽna c re in expẽsis:si vi ctori soluat illas expẽsas possit illas repetere a vi d cto.Adde p̃mo ꝙ expensarũ con dẽnatio dz fieri p victore ꝯ victũ vt in.l.pperãdũ.in.§.finaũt.C.d iudi.⁊ in.c.finẽ litibus.de do.⁊ cõtu.⁊ in.l.sancim⁹ e C.de iudic.⁊ in.l.eũ quẽ temere.ff.eo.⁊ p Spe.in tit.de dona.inter vi. f ⁊ vxo.in.§.fi.⁊ in ti.de expẽ.qd est vex.⁊ pcedit nisi victus habuisset iustã cãm litigan di.vt i.l.iij.§.si rẽ ⁊ ibi doc.no.ff.de lega.j.⁊ per Bar.

de suo habet locũ quando expense fuerunt petite per partem.Et rõ huius dicti est qꝛ iudex[a] nõ tenetur officiũ suũ impartiri nõ postulatũ ad vtilitatẽ priuatã:vt est tex.not.in.l.iiij.§.hoc aũt iudicium.ff.de dã.infe.ibi Bart.tenet istã opi.huius glo.⁊ idẽ no.in.d.l.sancimus.facit qd not.Inn.in c.ad nostrã.ij.de iureiu.Et facit hoc dictũ ad qõ 16 nem.† Statuto caueť ꝙ si iudex nõ finit qõnẽ intra certũ terminũ debeat soluere certã penã ꝙ iudex nõ incidat in penã si nõ fuerit petitũ a partibus vt decidereť intra terminuz.⁊ hoc tenuit do.Ant.in.c.venerabil3.de iu.qd no.¶ Et facit ista glo.ad aliã qõnẽ nunqd possit appellari a iudice si nõ ꝯdẽnauit victũ in expensis in casu in quo nõ fuerint petite.Do.de rota decis.ccclxj.multũ singulariter dixerunt ꝙ sic.qdã tñ ex eis tenuerũt cõtrariũ.¶ In ꝯtrariũ tñ facit gl.ista:qꝛ ex quo iudex nõ dr grauasse nõ dz esse loc⁹ appellatiõi.Et facit notabile dictũ Spec.in tit.de off.iudi.in.§.impedit post principiũ vbi dicit ꝙ nõ põt appellari[b] a iudice si nõ facit id qd potuit ex officio suo facere.Imputari eñ dz nõ postulãti ⁊ tene semp menti istã glo.quã cõiter sequunť do.nr̃i in.c.exceptionẽ[c] de except.Et ego plene examino istã qõnẽ in.c. 17 significauerunt.de testi.dic.vt ibi.¶ † In ea glos.ibi:poterũt isti iudices cõueniri corã ordinarijs.no.glo.singľr:nã facit ad qõnẽ antiquorũ nũquid delegat⁹[d] delinquẽs i legatiõe sua possit ꝯueniri corã ordinario loci.Legiste antiq hãc qõnẽ tractauerunt in auť.qua in puincia.C.vbi de cri.agi opz.⁊ Io.an.hic.⁊ ꝯclusio sit hec qd aut delegat⁹ deliqt in nõ pcedẽdo:⁊ tũc qꝛ solũ excessit ꝯ papã in nõ parendo mãdatis ipsius nõ põt per aliũ inferiorẽ puniri.aut deliqt peruerse agẽdo:⁊ tũc põt puniri p ordinariũ loci.Quia nõ cõueniť vt delegatus s3 vt criminosus:sed dicit Io.an.se nõ credere ꝙ pendẽte cã[e] corã eo possit cõueniri corã ordinario saltẽ vbi impedireť pcedere in cã sibi delegata.Nã respectu illi⁹ cause dũtaxat est maior ordinario:vt in.c.studuisti.de off.leg.¶ † Ultra gl.quero nũquid isti abutẽtes[f] rescripto apostolico possint puniri criminaľr.nã hic solũ imponitur pena ciuilis seu cum agitur ciuiliter.Inn.dixit qd sic.Isti eñ q tradunt lr̃as alijs eiusdẽ nois ⁊ recipiẽtes pñt puniri pena falsi sicut illi qui sibi supponũt partũ alienũ:vt in.l.falsi nois.⁊ in.l.qui falsam.ff.de falsis.Alij vero aliter abutẽtes poterũt puniri de crimine stellionat⁹.Et est crimẽ stel

in.l.qui solidũ.in.§.etiã.ff.de leg.ij.⁊ in.d.l.properandũ.in.§.finautẽ.et per Bar.in.l.si quis inficiatus.ff.depositi.⁊ p Bal.in auť.gñaliter.C.de epis.⁊ cle.⁊ ideo si ppter iustã causam litigãdi nõ condẽnauit victũ in expensis dato ꝙ illas victori solueret:nõ puto rẽ eam posse repetere a victo:qꝛ illas soluisset minus debite ex quo victus ppter iustã causam litigãdi nõ debuit in expẽsis cõdẽnari:s3 si debuisset victũ cõdẽnare et nõ cõdenauit ⁊ postmodũ fuit p victorẽ iudicialiter ꝯuict⁹ ad tales expensas crederẽ eũ posse repetere a victo:qꝛ iudex nisi malitiose omisisset ꝯdẽnationẽ expẽsarũ soluit illas expẽsas.ad q̃s vict⁹ erat obligatus ⁊ in quibus debuisset ꝯdẽnari per ea q̃ volũt Cy.⁊ Bal.in.l.sancimus.in vlti.co.⁊ auť.gñaliter.in pe.co.C.de iudi.⁊ in.l.obseruare.in.§.pfiscisci.ff.de off.pcõ.⁊ leg.⁊ per Lanfrã.ori.in repe.c.qm̃ ꝯ.in v̇.expense.de pb.Et an ⁊ qñ iudex pcedit ex officio habeat locũ condemnatio expensarũ.vide per do.Car.in cle.sepe.in.§.fi.in.vij.q.de ver.sig.⁊ per do.An.post glo.in.c.dilecti de do.⁊ cont.⁊ per Alex.in.l.j.ff.ad turpil.

a ☞ Sebasti.Sapia.¶ Quia iudex.Facit ꝙ no.do.An.in.c.venerabilis.j.de iudi.vbi vult ꝙ si statutũ disponit ꝙ ptãs debeat compellere agnatos ad compromissuz intelligiť si petať.sequiť Alex.in cõs.lxxij.in cã vertẽte col.pe.in.j.vo.Et qd dicit hic Abb.infert ⁊ ex multis cõprobat do.Ias.in.l.vniuersa.co.ij.C.de p̃ci.impera.offeren.vbi adducit.v.fundamenta pro corroboratione.⁊ multa adducit idem do.Ias.in.l.admonendi.in lectura.col.v.ff.de iureiur.in.v.nota.

b ¶ Nõ põt appellari.In cõtrariũ facit tex.in.c.raynutius.de testa.vbi iudex potuit ex officio suo pnuntiare super certa portione ⁊ nõ pnuntiauit nec fuit petitũ a parte nihilominus fuit appellatum:⁊ sic contra

cõez doctrinã doctorũ.põdera tñ ad h̃ illũ tex.in practica:tñ seq̃re istũ.¶ Addõ tñ ꝙ si facit id qd nõ tenebať ⁊ grauet partẽ vt puta dãdo dilationẽ nimis breuẽ quã dare nõ tenebať põt de iure canonico alia repeti.s̃m Bar.in.d.§.hoc aũt iudiciũ.⁊ seqť Roma.ꝯsi.ccccxcvij.

c ¶ In.c.exceptionem.Uide ibi istum ⁊ modernos.

lionatus cũ delictũ nõ sumit sibi specificũ nomen.Uñ puniuntur isti delinquentes extraordinarie:de quo dicendũ vt habeť.ff.de crimi.stellio.per totum.Per hoc ego dicerẽ ꝙ impetrans rescriptũ apostolicũ:vel priuilegiũ p surreptionẽ dolosam ꝙ nõ solũ puniť cõmodo rescripti sed etiã poterit aliter puniri criminaliter.pro hoc bo.text.in.l.

g si quis obrepserit[g].ff.de fal.⁊ in.l.⁊ si legibus.C.si cõtra ius vel vti.publi.vbi videtur expressum.

¶ De consuetudine. Rubrica.

1 ☞ Consuetudo quid sit.
2 Appellatione iuris an veniant statuta ⁊ consuetudines.
3 Uerba generalia debẽt verificari in qualibet specie contenta sub genere in materia non odiosa.

¶ Hec rubrica continuať ad p̃cedẽtia hoc ordine.visum est.s̃.de iure scripto qd cõsistit in cõstitutionibus ⁊ in rescriptis:merito subijciť de iure nõ 1 scripto qd ꝯsistit in cõsuetudinib⁹.¶ † Quid au b tem sit consuetudo[b] vario mõ diffiniť.habes bo. e tex.Isido.in decre.vbi dr ꝙ est quoddam ius moribus vtentiũ approbatũ qd pro lege suscipiť cuz deficit lex:vt habeť.l.dist.consuetudo.¶ Io.an.ponit varias diffinitiones in tractatu ꝯsuetudis quez posuit.j.in fi.huius tit.⁊ inter ceteras diffinitiones ponit diffinitionem Iac.de raphano:que videť placere Bar.in.l.de qbus.ff.de legi.vt dicamus ꝙ cõsuetudo est quoddã ius qd est moribus seu vsibus populi totius vľ maioris partis ratione initiatũ cõtinuatũ ⁊ cõstitutũ legis habens au f toritatez.Uel breuius s̃m Io.an.Cõsuetudo est quoddam ius moribus illius introductũ qui autoritate publica legẽ cõdere põt.Hec aũt vltima diffinitio aliquãtulũ posset calũniari per tex.in.c. g ij.j.eo.vbi patet ꝙ cõsuetudo potest induci cõtra canones per inferiores a papa ⁊ tñ inferiores non possunt edere legem seu statutũ contra canones.xxv.q.vij.institutiõis.j.de maio.⁊ obe.⁊ in.c.qd super his.no.Io.an.in.c.fi.de off.archipresby.⁊ videtur hoc mirabile:sed vide quod circa hoc dicã 2 in.d.c.fin.¶ † Ex cõtinuatione rubrice ⁊ ex dictis diffinitionibus inferť ad questionem quotidianã ⁊ notabilem.Fuit compromissum in quosdam ar i bitros hoc adiecto vt pronuntiarent s̃m iura[i] nunquid poterunt pnuntiare s̃m consuetudines ⁊ sta

d ¶ Delegat⁹.Facit qd no.in.c.prudentiaz.§.adijcimus.de offi.dele.⁊ qd no.Spe.i ti.de inq̃sitione.§.j.v̇.s3 pone.⁊ Ioã.an.h.⁊ Cy.i auť.qua in puincia.C.vbi de cri.agi opor.⁊ vide no.in c.volẽtes.i.§.notarij.de heť.⁊ Fede.de sen.cõsil.cx.⁊ Cal.in repe.c.j.de rap.in vlt.q.et do.Car.hic disti guentem.et vide Pe.⁊ Bal.in.d.auť.qua in prouincia.⁊ ibi Raph.Fulg.⁊ per dñm meum hic.

e ¶ Pendente cã.Et hoc ppter regulã ꝙ lite pẽdẽte nihil dz innouari.faciat in argu.quod legi.et not.in.c.legebať.de maio.⁊ obe.et in.l.nec magistratus.ff.de intu.

f ¶ Abutentes.vide que dixi.s̃.in apost.in ver.abutentium.

g ¶ Obrepserit.vide moderñ.⁊ que ibi dixi in.c.nonnulli.§.sunt ⁊ alij.in.vj.col.ibi posset etiã rñderi.s̃.eo.i apostil.in v̇s.si qs obrepserit.⁊ Bal.in.l.si vt p ponis.la.ij.in fin.C.qũo ⁊ quando iudex.⁊ in.l.quicunq3.prope finẽ

C.de ser.fugi.⁊ in.l.debuit.C.de infami.

h ¶ Consuetudo.Uide Azo.Goffre.⁊ Hosti.in eorũ summis in hoc titu.⁊ do.meũ hic in rub.Ang.in sua repeti.§.ex nõ scripto.insti.de iure natu.⁊ Bar.de Sali.in.l.ij.in.xj.col.in ver.nunc accedo.ibi:ideo quero.C.que sit lon.consue.But.⁊ Imol.in.c.fi.j.eodem.

i ¶ Scd̃m iura.Adde glo.⁊ ibi istũ in apo.in proe.clemẽ.in ver.iuris.et istũ in.c.cumana.in.xj.colũ.in ver.de iure.j.de ele.⁊ in.c.ex parte.s.in.j.no.s̃.e.vbi dixi ꝙ verbũ de iure positũ ibi in tex.intelligiť largo modo.Ang.in sua.q.incip.duo inuicem litigantes.Bar.in.l.rerũ.ff.rer.amo.Roma.in repe.rubri.ff.de arbi.in.v.col.in ver.xv.Bald.hic.⁊ in.l.cuz venissent.de eo q mit.in pos.in ver.in tex.ibi s̃m ius istud verbũ simpliciter platũ.⁊ ibi bu.⁊ Imo.Bal.in.l.cõstitutiõis noue.circa fi.in v̇.plus dico.C.de bo.que lib.sequiť Ro.in.l.post dotẽ.ff.solu.mat.⁊ Bal.in.l.vnica.in.xj.col.in ver.quinimo dico.C.de cõfes.⁊ in titu.de pace ꝯstã.in ver.nos romanos.⁊ Bal.in repe.§.quesitũ.l.sed ⁊ qs.in.x.col.in ver.quero vlterius vtrũ iste qui renũtiat omni iuri ⁊ beneficio.ff.si qs cau.⁊ in.l.illa institutio.circa finẽ primi rñsi.in ver.s3 pone qd fuit cõpromissum in aliquẽ ⁊c.ff.de here.insti.⁊ p istũ in.c.cũ nobis.de elec.in.iij.co.⁊ p bal.in.l.gallus.§.si eius.ff.de lib.⁊ posthu.Inn.⁊ alios in.c.cũ ad sedẽ.de resti.spo.⁊ per istũ in.c.cãm.de pba.⁊ p Bal.in.l.quicũq3.C.de ser.fugit.testator instituit filios in ea parte q̃ eos tãgit de iure modo aliter debetur filijs de iure cõmuni speciali municipali s̃m quod ius intelligetur ipse decidit qd intelligitur s̃m ius cõe ⁊ nõ s̃m ius municipale.⁊ adde glo.in.c.romana.j.respõso.in ver.de iure ⁊ glo.ibi dicit de cõsuetudine sec⁹.de appel.lib.vj.faciat gl.in.c.in ver.de lege.de trãsa.⁊ in.c.fi.in v̇.

de leg. de transac. ⁊ in. c. fi. in vers. de iure. j. de pact. lz alique decretales nõ habeãt has duas gl. vlt. vcz in ver. de lege. ⁊ in ver. de iure. ⁊ ꝯclude rẽ ꝙ appellatione iuris venit omne ius vt est gl. in dicto proe. cle. in ꝟ. iuris. nisi materia subiecta nõ patiat vel aliud eliciat ex verbis ⁊ mẽte disponẽtis. in dubio ꝟo intelligim⁹ de potiore. d. §. sz q̃ties. h allegato.

tuta loci. Guil. de suza. in qõne statutoꝝ dt fuisse determinatũ qd nõ saltẽ ẽm cõsuetudines ⁊ statuta iuri cõtraria. Mouetur per aut. presides. C. de epis. audi. ⁊ per. l. rẽ nõ nouã. C. de iudi. Itẽ qꝛ appellatione iuris intelligitur de iure cõi romanoꝝ. insti. de iure na. gen. ⁊ ciui. in. §. quoties. ⁊ hoc dictũ refert Ioã. an. in addi. Spec. ti. de arbi. §. excipitur. ver. itẽ ꝙ corruptus. ⁊ sequit hic Ioã. and. dicens ꝙ arbitri potuerunt in ordinatorijs iudicij vti statutis ⁊ ꝯsuetudinibus loci: ex quo respectu pronuntiationis tñ fuit potestas restricta ad ius. Sed si fuisset dictũ vt deberent procedere et pnuntiare ẽm iura esset illud valde periculosuz: qꝛ ⁊ in procedendo ⁊ pronuntiando tenẽtur obseruare iura cõmunia ⁊ nõ statuta vel cõsuetudines loci. hanc opi. retulit ⁊ secutus fuit dñs Car. j. eo. titu. c. fina. Sed contrarium reperi tenuisse domi. Anto. in. c. quintauallis. de iureiur. ⁊ antequã euz viderem hec opinio ꝯtraria mihi plus placebat. Et primo adduco quod. s. dixi videlicet qd ꝯsuetudo est quoddam ius non scriptum. ❡ † Itẽ cuz nõ sumus in materia odiosa verba generalia debent verificari in qualibet specie contenta sub genere: vt in. c. sciscitatus. de rescri. Cum ergo statuta ⁊ consuetudines sint quedam iura: vt. s. dixi. ergo veniunt appellatione iuris. Itẽ iura mandãt iudicari ẽm statuta ⁊ consuetudines locorũ vt in c. iij. de eo qui mit. in pos. ⁊ in. c. illa. xij. dis. ⁊ in. l. an in totum. C. de edificijs priuatis. cum si. ergo si isti arbitri pronuntiant ẽm cõsuetudines etiam iuri contrarias videntur iudicare secũdum iura. Ad idem bo. tex. iuncta glo. in. c. j. vt lite pen. vbi dicit de iure competere id qd cõpetit de iure speciali. Ad idẽ. c. licet. in prin. de proba. Pro ⁊ contra facit. c. cumana. in versi. idem iuris. de elect. ⁊ in. d. c. iij. Sed id quod statim dixi puto verius maxime cum statuta locorum ⁊ ꝯsuetudines sunt ius ciuile. j. di. ius ciuile. ⁊ in. l. oẽs ppl̃i. ff. de iust. ⁊ iur. Et ad. §. sed quoties. prealle. põt responderi quod loquitur quando vnico iure dispositio est intelligẽda. Secus autem quando verbũ generale potest verificari in qualibet specie sua: qꝛ tunc nõ apparet ratio restringendi genus ad certam speciem. Item ⁊ subtilius presupposito ꝙ appellatiõe iuris intelligeretur de communi duntaxat: tamẽ satis pronuntiatur ẽm ius cõmune ex quo ius commune mandat seruari consuetudines. argu. opti. in. l. si ita scripsero. ff. de condi. ⁊ demon. Et hec bene not. qꝛ faciunt ad multa. Aliqua tacta hic per doct. super rubri. expedim. in. c. ij. ⁊. c. ecclesia. s. de consti. ideo dic vt ibi

☞ Consuetudo itẽ statutũ non valent contra ecclesias: sed si forte ab initio valebant: tunc officio iudi. annullantur si veniunt cõtra ecclesiam: sed si grauamen est modicum valent. 4.

2 Decima debetur nihil soluto ipis qui debẽt decimas ⁊ ꝙ consuetudo sit in contrarium.

3 Cõsuetudo quo ad bona patrimonialia clericorum an valeat.

❡ Adde q̃ ponã in. c. cũ in nobis. in. x. no. j. de elect. Aeneas falco. Anto. Francisc. ❡ Circa hũc articulũ. quomodo itelligãt illa verba de iure vel ẽm ius. ⁊ an veniat ius cõe vel cõsuetudinariũ vł ius municipale. vid Specul. in tit. de appel. in. §. iiij. et Bal. in. l. quicũqz in. v. col. C. de ser. fugi. vbi fit cõclusio ꝙ iuris appellatione in rescriptis venit etiam ius municipale ꝯ p text. cũ gl. reputatũ singularem in. c. j. vt. lit. pend. imo dixit Innoc. in. c. cũ venissent. de eo q mit. i pos. causa rei seruan. ꝙ illd dicitur fieri ẽm ius vł de iure qd fit ẽm consuetudinẽ loci: qꝛ ꝯsuetudo loci dicitur esse ius cõmune qñ est legitime introducta vt in. l. de qb⁹. ff. de legi. ⁊ in. l. oẽs a populi. ff. de iust. ⁊ iure. ⁊ ideo not. dixit Bal. in. l. illa institutio. ff. de here. insti. ⁊ idem do. Ant. in. c. quintauallis. de iureiur. ⁊ Lud. de ro. in rubri. de arbi. ꝙ arbiter elect⁹ cũ clausula ꝙ arbitret de iure vel ẽm ius cõe: ꝙ poterit arbitrari sz ius municipale vł ẽm cõsuetudinez loci euius tñ contrariũ videt voluisse Io. an. i addi. Spe. i ti. de arbi. in. §. excipit de quo hr̃ p Angel. in. q. sua q̃ inci. duo adinuicẽ litigantes. ⁊ vide p Alex. in. l. post dotẽ. in penul. char. ff. sol. mat. ⁊ p nouissimos in. l. oẽs ppl̃i. in. ix. col. ⁊ seq. ff. de iusti. ⁊ iur. ⁊ p do. Car. in. c. fi. de ꝯsue. ⁊ p do. Abb. in rubri. de cõsue. ⁊ p Bar. cepo. veronẽ. in. l. nõis. in. §. verbũ. ff. de ver. oblig.

a ⟜ Sebasti. Sapia. ❡ Ius ciuile. Contra Abb. tenet Andr. sicul. in consi. lxvj. illud in mediũ. col. iij. in. iij. vol. vide Fely. in. c. ius generale. j. dist. Ias. in. l. pscriptis. C. si contra ius vel vtili. publi. vbi dicit qd opi. Abb. hic est magis communis: de quo etiam late per Ias. in. l. omnes populi. in vtraqz lectura. ff. de iust. ⁊ iur. probatur opi. Abb. in. c. romana. in prin. cum glo. in ver. de iure. de appel. in. vj. ⁊ in. c. fi. cum gl. in ꝟ. de iure debita. de consue. in. vj.

b ⟜ Sebasti. Sapia ❡ Non possit. vide dom. Abb. in. c. ecclesia sancte marie. circa fi. de cõstitu. vbi ponit plura exẽpla ad hoc notabile and. sicu. in rubri. j. de re. eccle. non alienã. in. iij. dubio. ⁊ ad saturitatem vide illationẽ pceptoris ⁊ domini mei do. Rochi curtij senatoris regij. in repe. c. fi. col. lxxiiij. vers. quinta sit conclusio. j. eod. vbi ponit. xxj. illationes ⁊ octo limitationes ad regulam huius tex.

c ❡ Tacitũ ⁊ expressum. Uide do. meum. s. in rub. huius ti. ⁊ qd legi. et not. in. l. cum quid. ff. si cer. pet.

Bona patrimonialia clericorum an sint priuilegiata.

4 Cõsuetudo vt canonici testent de rebus acquirendis sue prebende post eius mortem valet.

5 Restitutio in integrum an possit peti a clerico: tã in bonis patrimonialibus ꝙ redditibus sue prebende.

Consuetudines.

6 ¶ †Item not.v.ex hoc et ex tex.quod in delictis[d] illud quod fit a maiori parte non censetur factum ab oib⁹[e] imo maior pars venit punienda distrahat. Minor vero pars quae contradixit non inuoluitur peccato aliorum nec pena peccati:vt satis colligitur hic. Et vide ad hoc Inno.in.c.j.de his quae fiunt a maio.parte capit.vbi notabiliter dicit hoc procedere quando minor pars expresse contradicit:secus si tacet. Nam tunc inuoluitur peccato et pena peccati vna cum expresse consentientibus:quod dictum singulariter not. Et potest esse ratio quia ex quo quis vocatur ad vniuersitatem debet aut consentire aut contradicere. Unde cum teneatur loqui seu consulere et affirmatiue vel negatiue tacendo habetur pro consentiente in suum preiudicium argu.in.c.precedenti.et quod ibi dixi.et in.c.ij.de confes.lib.vj.et melius in.l.de etate.§.qui tacuit.ff.de interroga.actio.facit.c.si tibi absenti.iuncta gl.de prebe.lib.vj. Et aduerte quia predicta procedunt quando pena apponenda concernit singulos:tunc enim pauciores contradicentes non puniuntur.

7 † Sed dubium est quando ex delicto venit pena imponenda concernens ipsam vniuersitatem.vt puta maior pars vniuersitatis alicuius ciuitatis commisit rebellionem[f] contra principem:minor vero pars in consilio contradixit:nihilominus maior pars rebellauit totam ciuitatem.nunquid debeat puniri tota ciuitas cum non possit fieri sine discrimine minoris partis que non consensit. De hac not.questione vide per Inno.in.c.grauamen.de sen.exc.plenius per Bart.in.l.aut facta.§.fin.ff.de penis.tetigi in.c.dilectus.de simo.vbi tractaui an et quando vniuersitas possit accusari et qualiter sit punienda.vide aliquid etiam per Bar.in tractatu de tyrannide. Unum tamen tene menti quod non dicitur vniuersitas seu ciuitas aliquid facere nisi illud deliberatum fuerit collegialiter[g]: vnde si maior pars huius ciuitatis faceret aliquem insultum vel rebellionem non debet dici quod ciuitas fecit ex quo non fuit illud deliberatum collegialiter: ita dicit gl.no.et bene in.l.sicut.ff.quod cuiusque vniuersi. sequitur Bar.in.d.l.aut facta.facit quod no.gl.in.c.j.de reb.eccl.non alienan.lib.vj.

8 ¶ †No.vlterius quod sicut potestas partis delinquentis residet in aliam

debent cauere ne sint nebule sine aqua deuotionis lachrimarum tur binibus agitate. Et addo quod cardinales tractantes de eligendo futuro papa incidunt in crimen lese maiestatis secundum Inn.et Joan.andre.in c.veniens.de accusa.quod dictum refert et sequitur Bald.in titul.de l.cora.in vsi.feu.et in.l.quoniam liberi.in versicu.et adde quod papa.C.de test.et Alex.in.l.j.ff.ad legem iul.maie. De heretico autem de quo hic fit mentio an debeat rebaptizari puto non esse difficultatem quia sacramentum baptismi non est aliquo pacto reiterabile vt in titu.C.ne sanctum bapti.reite.

aspirabit sine licentia principis:ex quo textu infertur quod cardinalis priuatus officio cardinalatus poterit permissu principis id est pape iterum assumi ad cardinalatum:et vide ad predicta tex.et ibi Bart.in.d.l.si aliquid.et facit.l.si quis ex argentarijs.§.j.et ibi glo.ff.de eden.

¶ Adde quando electione prima inualida possit alia fieri. Roma.consilio.cccxcij.

Anto.Franci. ¶ Circa hoc an si notarius propter delictum commissum in officio vel aliquid aliud fuit priuatus officio tabellionatus possit ad illud iterum assumi et ipsum exercere.vide gl.in.l.si quis ex argentarijs.hic allegata in ver.editionis.et Bar.in.l.eadem.ff.ad.l.iul.repetun.et vide Specu.in tit.de instrumen.edi.in.§.restat.in ver.sed nunquid tabellio. Et adde quod notarius priuat⁹ officio nihil pot addere prioribus rogationibus etiam de mandato iudicis.l.ij.in.§.miles.et ibi not.ff.de his qui notantur infa.et no.in.l.quid ergo.in.§.pena grauior.eo.tit. est tamen verum quod index antequam eum priuet poterit mandare vt quod omiserat in instrumento suppleat:licet postquam priuauit est impossibile quod tali sic priuato officio mandetur vt addat que omiserat:quia tunc cum non sit notarius additio esset facta a persona priuata vt plene tractauit in.d.§.pena grauior. Et adde quod notarius condemnatus de falso non potest de cetero conficere instrumenta nisi in lex cognita sibi reseruauerit talem facultatem quod facere potest si vult secundum Bal.not.in.l.depositi.C.depo.et in.l.iubemus.in.§.sane.C.de sacrosan.eccle.et tenet Bart.in.l.si quis in principio testamenti.in.§.fi.de leg.iij.et in.l.ex militari.C.de testa.mili.et habetur per Bal.in.l.ij.C.de manu.vin.et in.l.si quis ex argentarijs.in.§.cogentur.et ibi per Alex.ff.de eden. Adde tamen quod quando notarius est condemnatus de falso:instrumenta facta ante condemnationem valent:sed post non valent ita Bal.in.l.ij.C.de fi.instr.et in.l.in exercendis.eo.tit.et in aut.sed nouo iure.C.si cer.pet.et vide glo.in.§.in his.in aut.de fide instru.et idem voluit Bart.in.l.barbarius.in vlti.col.ff.de offi.pto.vbi etiam dicit quod notarius accusatus vel inquisitus de falso pendente processu et causa falsitatis pot instrumenta conficere:imo priuat⁹ officio tabellionat⁹ propter falsitatem potest publicare instrumenta sua ante facta et perficere vt not. doct.et Pau.de cast.post eos.in.l.pretor.§.sed si dominus.ff.de eden.et in.l.si arbiter.C.de senten.et Barto.in.l.ad testium in.§.j.ff.de testam. De cardinalibus autem priuatis de quibus hic fit mentio:adde quod ab alio iudicari non possunt nisi a papa vt pulchre voluit Joan.andr.in.c.dilecto.de prebe.et adde quod in depositione cardinalis episcopi requiruntur.lxxij.testes. In cardinalibus autem presbyteris requiruntur.liiij. In cardinalibus autem diaconis requiruntur.xxvij.vt habetur in ca.presul.ij.q.iiij.et quis possit eos deponere et depositos restituere.vide glo.et doct.in.c.ex gestis.de cleri.non residen.et in.c.j.de schisma.libr.vj. Et adde quod cardinales cum delinquunt debent acrius puniri quam ceteri cum ipsi assistant do.pape qui est vicarius christi exemplo. Adde de quo dicit sanct⁹ Aug.quod.quanto erat deo proximior:tanto grauius peccauit.vt in.c.consideret.de peni.distin.v.et exemplo etiam Luciferi.de peniten.distinc.ij.c.princeps.et.c.principium.et ideo dicebat Host.in summa.de peni.et remis.in.§.cui confitendum.in ver.cui cardinales.quod

Adde tamen quod hereticus qui nunquam fuit baptizatus volens baptizari si non potest quia aquam non habet habetur pro christiano quo ad remissionem peccatorum:non autem quo ad matrimonium contrahendum:nec quo ad ordines sacros recipiendos:quia baptismus est ianua omnium sacramentorum pro quo vide glo.in cap.caue.xxviij.q.j. Et demum adde quod hereticus si conuertatur ad fidem recuperat bona:sed debet incarcerari ad penitentiam agendam:hodie autem inquisitores imponunt penam ex arbitrio eorum per.c.vergentis.de here.et per.c.vt commissi.in.§.et illorum eo.titu.lib.vj.item recuperat ius patronatus ecclesie:nisi per sententiam fuerint eo priuati.vt per Gem.in c.j.in prin.de iurepatro.lib.vj.et de predictis vide Car.in cle.j.in.§.fin. in vltima.q.de vsuris.

a ¶ Ex priuilegio.facit.l.si quando.et quod.l ibi not.C.de inoff.testa.et.l.si cui.ff.de serui.

b ¶ Abutentes priuilegio. Vide tex.et ibi plene no.in.c.cum accessissent.de consti.et in.c.cum illorum.de sent.excom.

c ¶ Priuati et inhabiles. Vide doc.in.c.si.de procura.et ibi istum et in.l.si cut.ff.quod cuiusque vniuer.no.

¶ Adde Roma.consi.ccccxxiij.

d ¶ Quod in delictis.Facit quod not.in.c.grauem.de sen.excomu.et glo.in.l.aliud.§.refertur.ff.de reg.iur.vbi bo.glo.

¶ Adde vt per Fede.consi.cccxv.

e Sebast.Sapia. ¶ Ab oibus. Vide bal.in.l.j.in ver.et hoc facit ad plura.ff.de magi.conuen.Ange.et Mod.in.l.et suum.§.hodie.ff.de pact.Pet.de an.in consi.x.vbi effi caciter Andr.sicu.in consi.vij.in.j.vol.

f ¶ Commisit rebellionem. Vide Joan.de lig.in cle.j.de pe.et ibi Imo.in ij.col.et do.Car.in ver.ciuitas in.ij.q.idem etiam tenet do.post Jo.and.in c.felicis.§.fin.de pe.in.vj.in.iij.colum.et do.Abb.in.c.dilect⁹.el.ij.circa fi.j.de simo.et Ang.in consi.clxiij.incip.cum multitudo.et plene per do.Fel.in c.cum omnes.in.xcvj.co.ibi.et ideo Ang.de consti.facit quod voluit pau.de ca.consi.lxxxvj.incip.in christi.in causa fortij.

g ¶ Collegialiter. Vide do.Feli.in.d.c.cum omnes.d.col.xxvj.

¶ Adde late Fran.are.consi.clxiiij.

Zacharias. ¶ Adde istum in.c.dilect⁹.el.ij.col.iij.ver.not.hanc glos.de simo.Ang.in.l.sed si ex dolo.§.sed an.ff.de do.Jac.rebuf.late in.l.quesitu.a.z.et in addi.ad eum.et quasi per totam.l.C.de decur.lib.xj.eundem super rubri.de mune.patrimo.eo.lib.quod verum est in delicto faciendo secus autem in omittendo vt ibidem et per Salic.in.l.j.C.de seditio.et Feli.in prealleg.c.dilectus.j.ver.sed hanc conclusionem. Item in delicto continuato.vt per Pe.de anch.consil.cxiij.incip.ex narratis.colum.vij.ver.et si dicatur.eundem Feli.vbi.s.ver.secundo limita.vel nisi populi delinquentis detegetur voluntas vt.d.col.ver.tertio limita.

a ¶ Ad cõpromittentes. Adde vt per Calde.consi.vj.eo.ti.
b ¶ Et in.c.cum iure. Uide ibi doctores.
¶ Adde limitandum vt per Pet.de anch.consi.clvj.
c Zacharias. ¶ In vno solo. Adde Jac.rebuf.in actores.nu.j.ꝛ ibi in apostil.ad eum.C.de exac.trib.li.x.ꝛ Alex.cõsi.xcv.vol.iiij.ꝛ cõsil.xcvij. in princi.volu.ij.

partẽ qñ eligẽtes habẽt ptãtẽ a iure cõi:vt in.c.cũ in cũctis.ꝛ in.c.cũ vintoniẽsis.de elec.ita deuoluit ptãs qñ eligẽtes habẽt ptãtez ex ꝑuilegio:vt hic. Et ex his infero ad qõnem.pone ꝙ ptãs eligendi fuit data ꝑ canonicos trib⁹ cõpromissarijs quorum duo scienter elegerunt indignũ terti⁹ elegit idoneũ q̃rit nunqd valeat electio istius tertij:vr ꝙ sic:q2 ptãs duorũ resedit in istũ.arg.hic.s3 ꝯtrariũ est verũ:q2 illud.c.loquit qñ aliq eligũt collegialiter:ideo ptãs residet penes eligẽtes idoneũ sed in casu ꝑmisso cõpromissarij nõ eligũt:vt collegiũ sed vt singuli habẽtes potestatẽ a collegio. Unde ptãs cõpromissarioꝝ eligentiũ indignũ deuoluit ad cõpromittẽtes[a] vt in.c.si compromissarius.de elec.lib.vj.reperit ergo electio ab vno tm̃ facta.ꝛ hanc sensit Jo.an.in.d.c.si compromissarius.ꝛ in.c.cum in iure[b].ꝛ in.c.q2 propter.j.de elec.
9 ¶ † In glo.pe.in fi.no.singulariter istã gl.ad quã quotidie fit remissio cũ querit nunqd ius vniuersitatis possit remanere in vno solo[c] oĩb⁹ alijs mortuis vel priuatis.cõcludit ista glo.ꝙ sic. Unñ tota potentia collegij residet in isto solo[d]:ꝛ hãc opi.gl. tenẽt Inno.ꝛ Hosti.ꝛ cõiter doc.ꝛ videt probari ꝑ.l.sicut.§.fi.ff.qd cuiusq3 vni.ꝛ hanc opi.t3 ibi.gl. ꝛ Bar. ¶ Iste tñ solus nõ poterit seipsuz eligere[e] q2 notaret ambitione:vt.in.c.per nostras.de iure patr. Nõ ob.qd dr de grege aĩaliũ:q2 illõ ꝓcedit ĩ vniuersitate rerũ inanimatarũ q̃ quidẽ vniuersitas nõ h3 bona seu iura.nec est ibi animus hoĩs in quo ꝯseruetur illud ius collegij. Merito extra ctis capitibus animalium desinit vniuersitas seu grex. Sed nos loquimur in vniuersitate ꝑsonarũ que h3 bona:ꝛ iura:ideo ius collegij residet ĩ vno
10 solo. † Ad.c.bone.alle.in glo.rñde clari⁹ sic ꝙ illi qñq3 de collegio eligũt sciẽter indignũ:ꝛ tũc ipso iure sunt priuati ptãte eligẽdi pro ea vice:ꝛ ideo ptãs residet in eis qui nõ deliquerũt:vt hic. ꝛ in.d. c.cũ vintoniẽsis. Qñq3 eligunt indignũ cõtra formam:ꝛ tunc eligẽtes non sunt priuati sed ꝑuandi ptãte eligẽdi:vt in.d.c.q2 propter. Et ibi notabit an valeat electio istorũ si iterũ eligũt seruata forma anteq̃ priuent.ꝛ eis tñ priuatis per sñiam deuoluit ptãs ad illos qui nõ peccauerũt in forma. Qñq3 tres eligunt idoneũ ꝛ seruata forma tñ cõtẽpserũt aliquẽ de vniuersitate q deberet vocari et isto casu electio tenet:sed instãte cõtẽpto d3 electio ista cassari nõ tñ priuant ptãte eligendi:licet aliud senserit hic gl. Et cõtrariũ huius tenuit gl. in.d.c.bone.in fi.pe.glo.que fuit additio.ꝛ ista opi. cõiter tenet.ꝛ iste casus ꝯtingit.in.d.c.bone. Ideo ille solus q fuit contẽptus non potuit ꝑ se eligere q2 alij nõ erãt priuati ptãte eligẽdi:sed nos loquimur qñ alij sunt priuati vel mortui preter vnum.
11 Pondera tñ glo.in eo qd dicit ꝙ collegiũ non est in vno:nã deest ibi significatũ vocis.sed ius colle
12 gij ꝯseruat in vno. ¶ † Quid aũt si oẽs sunt mortui[f] vel expulsi de collegio nũquid sit extinctũ collegiũ ꝛ ius ipsius:vide Inn.in.c.ij.de no.ope.nuntia.ꝛ qd not.in.c.cũ sup de cã pos.ꝛ ppri.vid bo.gl. et tene eã mẽti in.c.statutũ.de elec.li.vj. Per glo. et Bar.in.d.l.sicut.ꝑ eundẽ in.l.fi.de colle.illi.ꝛ in l.j.§.fi.ff.de acqui.pos. Et ꝯclusio est hic ꝙ aut collegiũ fuit destructũ autoritate superioris ꝛ ipo facto extinguunt oĩa iura ꝛ priuilegia collegij: aut decesserũt hi oẽs de collegio vel expulsi fuerũt ꝓpter eorũ delictũ. Et tũc ĩ collegio ecclesiastico cõseruant oĩa iura collegij apud ipam ecclesiã. S3 in collegio seculari est dubiũ.nã glo.in.d.l.sicut.t3 ꝙ extinguit collegiũ ac pereũt iura collegij. Alij tenuerũt idẽ in collegio seculari:qd in ecclesiastico vt conseruet ius apud parietes. Precedẽs tñ opinio vr cõmunis. Posset tñ dici si ius collegij est collatũ loco:tunc non extinguitur ius:l3 desint collegiati. Potest poni exẽplũ qñ desineret ꝓpter guerrã vel pestẽ vniuersitas scholariũ: iura enim collegij cõseruant apud ciuitatẽ cui priuile
13 giũ studij collatũ est. ¶ † In gl.fi.in fin.no.ex glo. duos modos qb⁹ põt superior ꝓcedere ꝑ admittendo postulationẽ. Prim⁹ vt dicat ꝓuidem⁹ ecclesie vestre de tali ꝑsona ꝓut postulastis. Et pro ista practica facit iste tex.in ver.ꝓuidisti. Ali⁹ modus est vt supior dicat postulationẽ vestrã admittimus ꝛc.ꝛ hec admissio h3 effectũ electiõis ꝛ cõfirmationis.vt dixi.s.c.j.ꝛ ponit Inno.istos duos modos. Dicit tñ scd3 modũ magis iuri ꝯgruere q2 ꝓuisio spectat ad supiorẽ:hẽret ergo superior postulationẽ admittere vel repellere. Ad h.c.sequẽ.ꝛ.c.j.ꝓpe.fi.s.eo. Nũq̃ tñ supior d3 dicere: postulationẽ ꝯfirmam⁹.q2 v̓ba postulatorũ dirigũt in ipsuz supiorẽ.nec ius acq̃rit postulato. Qualr aũt se debeãt hr̃e postulãtes apud supiorẽ: vide bonã gl.j.c.proxi.in ver.quã gratia moueat.in fi.
14 ¶ † Extra gl. Inn.ponit hic aliquos casus in qbus eligentes sunt priuati ptãte eligẽdi. Et ꝑm⁹ casus qñ postulat scienter indignũ.s.c.j. Scd̃s qñ postulationẽ cassatã vitio ꝑsone inuoluũt:vt hic. Tertius qñ eligunt ꝑ abusum secularis ptãtis:vt in.c.qsqs.j.de elec.vbi de hoc. Quart⁹ qñ eligũt ineligibilẽ:vt in.c.inotuit.j.de elec. Quint⁹ qñ recipiũt postulatũ vel electũ vt ꝑlatũ cuius electio vl postulatio est nulla:vt in.c.bone.j.ti.pri. Sext⁹ si sunt excõicati vl suspẽsi:vt in.c.cũ dilect⁹.de ꝯsuetu.ꝛ in.c.cũ inter.R.j.de electio. Septim⁹ cũ non eligit infra tp̃s a iure ꝑfixũ.de q̃ in.c.ne ꝑ defectu. j.de elect. Octau⁹ cũ postulãt post appellationẽ vt in.c.bone.j.tit.pri.secus dixit Inno.in electiõe facta post appellationẽ. Quia electionẽ cũ sit via ordinaria nõ põt appellatio ĩpedire nisi ex cã iusta sit interposita vt in.c.cũ bonis.j.de electio. S3 postulationẽ impedit appellatio etiã ꝛ cã frustratoria interposita:rõ ꝑm eum q2 postulatio d3 esse ꝯcors: vt in.c.scriptũ.j.de elec. Refert tñ quosdã dicere non esse in hoc drĩam inter postulationẽ ꝛ electionẽ. Host.ꝯcordãdo dicit ꝛ bñ. Aut postulatio sit sine cã vl nõ a duab⁹ ptib⁹ ꝛ vera sit op⁹. Inn. Si v̓o sit ex cã:ꝛ a duab⁹ ptib⁹ ꝓcedat ꝯtra opinio:vt appellatio frustratoria talẽ postulationẽ nõ impediat. Quia talis postulatio vincit electionẽ:vt in.d.c.scriptũ.ergo est fortior q̃ electio. ꝛ vid plures alios casus ꝑ Host.in sum.ti.de ele. §.qualr.versi.cauendũ.ꝛ seq.ꝛ ponit circa ꝑdicta[h]
15 Inn.duas regulas. † Prima est ꝙ v3 electio fc̃tã nõ vocatis illis q sunt ꝑuati vel inhabiles ad eligendũ:l3 primo non sit discussum an sint priuati. Satis enĩ est ꝙ postea possint ꝯuinci:q2 si ĩ v̓itate nõ habebãt ptãtẽ eligẽdi nõ erat opus eos vocare.facit.c.fi.de sup.pp.neg.pla.ꝛ qd legit ꝛ notat in.c.illa.j.de elec. Et idẽ dic in alijs actib⁹ capitularib⁹ vt valeat act⁹ explet⁹ ꝑ habẽtes vocẽ ĩ capitulo l3 inhabiles ꝛ ꝑuati nõ fuerũt vocati.nec fue
16 rit discussuz ꝑ prius an sint priuati. † Scd̃a regla est ꝙ cassata electiõe vitio ꝑsone eligẽtes sunt ꝑuati ea vice ptãte eligẽdi:vt in.c.cũ in cũctis.j.de ele. Qd intellige.qñ elegerũt sciẽter indignũ: secus si
17 ignorãter.vt in.c.inotuit.j.de elec. ¶ † Sed dubiũ est qd in alijs actib⁹ capitularib⁹ nunqd disponẽtes rẽ nõ legtime sint ꝑuati ptãte explicãdi talẽ actũ legitime. Ita ꝙ ptãs deuoluat ad alios l3 numero pauciores:credo ꝙ nõ:q2 hoc nõ reperit iure cautũ nisi in actu electionis.vnde cum priuatio vocis dande sit pena non d3 entendi ad casum in iure nõ expressum. Pro hoc facit.c.q2 ꝓpter.j. tit.proxi.vbi eligẽtes cõtra formã nõ sunt priuati. ad idem.c.bone.el.ij.j.de elec.vbi patet ꝙ eligentes aliquo spreto ꝛ contempto nõ sunt priuati:ergo pena priuationis non habet locũ regulariter:
g l3 minus legitime maior pars se gesserit[g].facit gl.
h in.c.fi.[h] de iurepatro.

d ¶ In isto solo.vide Inn.in.c.illa. j.de electio. qd si oẽs de capitulo sunt excõmunicati vno excepto:et eligunt prelatuz si ille ignorauit ipsos excõicatos vl sciẽs ꝓtestat⁹ est:ꝙ eos non admittebat ad eligendũ vt electio ꝑ illũ vnũ in quo residet totuz ius capli valeat: qd est singulr notandũ. Limitat hoc dñs meus nõ habere locũ invitio simonie.vnde nõ v3 electio simoniaca.licet aliquis ex eligẽtib⁹ ignorauerit fuisse cõmissam simoniã. ꝛ vide Philip. in.c.bone.j.titu.j. Bartho.brixien. in.c.si forte.lxv. distin. Et an.collegiuz remaneat in vno vide Inn. in.c.cum ex iniuncto.de noui ope. nun.ꝛ Bal.in.l.si grege.de leg.j.et quod not.Inno. in.c.cum nobis.ꝛ j.d.c.illa.de elec. et ad gl.istã add no.in.l.pater filium.§.tusculan⁹. ff.de leg.iij.faciat ꝙ voluit Bart. in.l.quod in rerũ §.fi.in ver.querit si collegiũ.ff.de leg.j.
¶ Adde Abb. consi.xxv.
e ¶ Eligere. Limita sec⁹ esse:si sunt duo quib⁹ est data ptãs eligendi. naz ꝑñt vnum ex ipsis eligere scd3 istũ in.c.j.nu.6.j. de elec.ꝛ elec.po. Itẽ limita nisi ille solus noĩe collegij daret alteri ptãtem eligendi q tãq̃ cõpromissari⁹ poterit illũ solum eligere; vt alias habet per istũ in.c.l3 deuitãda.j.de elec.in fi. Aeneas de fal.
f ¶ Si oẽs sunt mortui.faciat qd no.iste.j.c.de multa.in fi.in versi.q̃ ad scd̃m.de preben.ꝛ vide Bart.in.d.l.fi.in ver.quero an destructo collegio.ff.de colleg.illi. Bart.ꝛ doct.in.l.inter stipulãtem.§.sacram.ff.de verb.obl. Jo.an.in.c.ꝑuilegiũ.de reg.iur.in.vj. Dyn.in.l.pater.filiũ.§. tusculanus.ff.de leg.iij. Bal.ꝛ Inn.in.d.l.si grege. Ang.in.l.ꝓponebatur.ff.de iud.ꝛ in.l.s̓uitutes.§.si sublatũ.ff.de ser.v.ꝑd.ꝛ in.d.§.sacrã.ꝛ in.l.q res.§.areã ff.de solu. Bal.in tit.de pa.cõstã.in ver.nos.ꝛ in aut. habita.C.ne fi.ꝑ pa.ꝛ in.d.l.sicut quod cuiusq3 vniuer.noĩe ꝛ in.d.l. seruitutes.§.si sublã.ꝛ glos.in.d.c. priuilegiũ.circa mediũ.ꝛ vide istũ post. Jo.an.in.c. abbate.in gl.fin. de verbo signifi. Zacharias.
¶ Add bertha. de fir.in tract.de epi.in.iij.pte.lib. j.qõ.xxxj.v̓sic.qd aũt si maior ps.ꝛ q̃ posui in addit. in v̓si.in vno solo. s.proxi. Sebastia.Spia.
g ¶ Se gesserit.qd pena priuationis non imponat nisi spãliter a lege exprimat est casus in.§.optimũ. ibi nec q̃libet est lex aliqd tale.dicẽs in aut.de nõ elig.secũ.nub.de quo per Corse.ĩ singularib⁹ suis. col.vj.versi.si alicui statuto.sed in cõtrariũ est text. in.c.j.§.porro.que fuerit prima causa bene.amit.ꝛ in c.auaritie.de prebend.in.vj.glo.in l.si quis in tantã. C.vnde vi.
h ¶ In.c.fi. Uide bo.textũ in.l.at si quis.§.idem labeo.versi.cum in eum pena statuta nõ sit.ff.de religio.ꝛ sump.fu.et xv.q.viij.in summa vbi glo.ꝛ facit text.in aut.de non eligen.secundo nuben.in v̓sic. nõ ex lex tale qd dicẽs. Adde Oldra.cõsi.lxiiij.

a ❡ Canonici. Add Lud.ro.in.l.ij.in pn.ff.de ver.obl.vbi tacito isto dicit illud q dicit iste.z vide Lap.z Do.in.c.j.§.hec aūt.de ele.li.vj.z vide istū in.c.ad abolēdā.in glo.ij.de here.z in.c.nō dubiū.in.j.no.de sen.excō.tex.z ibi do.Car.z Bal.in.c.ad aures.qd me.cā.z p do.meū hic.z ɔclude q vbi materia siue penalis z exorbitās siue fauorabilis ɔgruat tā simplicib' clericis q̄ canonicis appellatione clericoz veniunt canonici.vbi vero materia non congruerit z essemus in materia penali appellatiōe clericoz nō venirēt canonici. Si vero essemus in materia larga z fauorabili tunc venirent.ar.nigri.iuncto rubro.in titu.de vita z ho.cler. ❡ Adde Abb. consi.ix. ❡ Adde an appellatiōe clericorū veniāt epi:vide do.meum do. Vincē.de herculanis de perusio vulgariter dicto el Frisio in sua disput.solemni incipiē.in noie Jesu xpi vidi z quātū zc.vbi p.xvj.fundamēta tenet qd non in materia stricta z penali. Aeneas d falco. Anto.Francisc. ❡ An appellatione clericoz veniāt canonici.arbitror decisionez dq̄ hic fore verā z maxime i penalibus in quib' est faciēda restrictio vt in regula odia z in regula in penis de reg.iur.in vj. Add tñ q appellatiōe clericorū nō veniūt monachi nec ɔuersi monasteriorū.vt not.in.l.oēs.in.§.pterea.C.de epis.z cleri.z vide do.Abb.in.c.j.ne clerici.vl' mona.z per d.Car.in.cle.j.d celeb.miss.Quid aūt de psbyteris diaconis subdiaconis z alijs iferiorib'.dicas qd sic p gl.z do.car.in clem.j.de offic.ord.z p do.Ab.in.c.nō dubiū.de sen.exc.z p Spe.in ti.de instr.edi.§.nunc vero aliq.in ver.qd de prepositis.eps aūt n̄ venit appellatione clericoruz.vt per Specu.in tit.de rescrip.presenta.§.fi.versi.quid in rescripto.z in tit.de lega.in ver.quid,si dispensatum.z not.in.c.fi.de preben.z in.c.solent.de sent.excō.Quid autem de canonicis de quibus hic dubitatur habet etiam per do.Card.in.c.nō dubium.de sent.excom.

b ❡ Cardinales ppter honorē. Vide glo.in.c.pudor.in ver.principē mūdi.xxxij.q.ij.

1 ☞ Postulatio facta a minori q̄ tertia pte collegij non valet.
Postulatio per quam priuata vtilitas prefert cōmuni non valet.
2 Clericorum appellatione regulariter nō veniunt canonici.
Species vbicūqz ponit aliquid vltra genus suū non comprehenditur sub illo genere.
3 Penalis dispositio dz large interpretari si aliter non haberet effectum.
4 Laicus non potest esse canonicus.
5 Cardinalis vel eps an debeāt eligi an postulari ad aliam dignitatem.
6 Cardinalis nō potest esse episcopus.
7 Judex potest allegare pro vtraqz parte:z aperire dubia processus.
Romana ecclesia quid significat.
8 Postulatio siue nominatio si sunt legitime facte acquirunt ius postulato siue nominato.
Postulantibus nō licet a postulatione recedere si postulatio representata est superiori.
9 Judex an z qn̄ possit ex officio suo supplere.
10 Sententia lata vtraqz parte presente valet:lz nō appareat q iudex protulerit ad instantiā partis si vero pars est absens iudex non supplet nisi petēte parte presente.
11 Priuatus nō tenetur preferre bonum publicum suo commodo licet iudex sic.
12 Postulatio vtrū debeat admitti si numerus postulantium non est maior duplo.
Stilus romane curie facit ius.
Non consueuit facere:idem est ac si diceret nō potest facere.
Consuetudo romane curie nō extendit ad alias.
13 Gratia si est iusta princeps potest ɔpelli ad ipsaz faciendam.14.
15 Bastardus licet aliquis sit tamen potest in prelatum postulari si non reperitur alius per quem ecclesie bene consulatur.
Postulatio dz admitti si est necessaria z iusta.
16 Postulantes debent prouidere de aliquo stipendio illi quem fecerunt ordinare vt postularent:et non postularunt.
17 Seu:ista dictio quomodo ponatur.

Bone memorie.

1 † Postulatio p quā priuata vl' minor vtilitas cōi vl' maiori pfert:vel q̄ fit a minori q̄ tertia pte collegij admitti nō dz. Et prima ps ponit duas discordes postulatiōes. Scda vtrāqz repellit cās exprimēs ibi:nos. Tertia monet nouā puisionē fieri ibi:mādātes. ❡ Cas' literalis. Eccl'ia rauēnate vacāte quidā canonici rauēnateñ.postulauerūt epm Jmo.quidā vero postulauerūt sancte praxedis presbyteri cardinalē: postulationes iste delate sunt ad sedē apostolicā. papa auditis allegationibus vtriusqz partis taz de iure q̄ de facto:papa etiā allegauit plenius p vtraqz parte:papa cōsiderans qn̄ psētia cardinalis vtilior esset nō solū ecclesie romane verū etiaz ecclesie gñali q̄ ecclesie rauēnatē.z ideo volēs preferre cōem vtilitatē priuate:postulationē cardinalis nō admisit. Ex alia parte cōsiderās q eps Jmo.a minori q̄ a tertia parte fuerat postulatus z hmōi postulationes in discordia factas romana ecclesia admittere nō ɔsueuit:qz qn̄ etiam in cōcordia fiunt nō tam ex iure q̄ ex gratia moueat. postulationē Jmo.nō admisit:mandans capitulo rauēnati vt in psonā idoneā cōuenire pcurent. Ber. ❡ † No.j.ex tex.iuncta su praescriptiōe q appellatione clericorū veniūt canonici.[a] Nā papa h scribit clericis rauēnatis ecclesie nec loquit de clericis nō canonicis sed de canonicis:qz ipsi sunt q habēt ptātē eligendi prelatū. Alij vero q nō sunt canonici lz habeāt ibi bñficia:nō tñ sunt de capitulo nec faciunt collegiū:vt in.c.dilecta.de exce.p.la.z in.c.qz propter.j.tit.pri.z Jnno.in.c.de insti.z faciunt hec ad qōnem nunqd in oī materia appellatione clericoz veniāt canonici do.Car.ɔcludit q sic:alle.vltra tex.istū.c.p exēptionē.de priui.li.vj.vbi tex.notabiliter dt q si papa eximit clericos alicuius ecclesie etiā canonici intelliguntur exempti:z tñ materia exemptionis est restringibilis cū per eam piudicet ptāti ordinarij.ar.xj.q.j.puenit. Jtē qz esse canonicū nō ponit aliqd sup alios clericos nisi quaten' a iure spāliter eis cōceditur:ergo debēt canonici venire appellatione clericorū cū nomen clerici sit nomen generis z genus infert suas species. Cōtrariū tenui sup ru.de vita z ho.cle.vbi cōcludo q in materia restringibili appellatione clericorū non veniunt canonici nec alij in dignitate ɔstituti. Quia vbicūqz species pōit aliquid vltra genus suū appellatione generis nō venit illa species.tex.est valde notabilis in.c.statutū de elect.lib.vj.vbi appellatiōe eccl'ie parochialis nō venit eccl'ia parochialis collegiata. Qz semp hz qualitatem collegij vltra parochiā.z ibi dicit tex.hoc pcedere in materia odiosa:secus in materia fauorabili vel indifferēti.vt ibi no.per Jo.an. Ad idē no.dictū Jnno.in.c.sedes.s.de rescri.vbi dicit q si papa dat rescriptū contra titiū clericū z quosdā alios:sub illa clausula gñali nō veniunt canonici:qz sunt digniores simplicibus clericis. Cū ergo canonic' habeat qualitatē canonicat' vltra alios clericos nō dz venire appellatiōe clericoz in materia restringibili. Secus dicit in materia fauorabili:vt sentit Fede.de señ.cōs.lxxj.vbi dicit q si papa ɔcedit priuilegiū cardinali vt possit cōferre bñficia clericoruz suoz decedētiū zc.q veniūt bñficia canonicoz si canonici aliq sūt sui cōmensales qz istud priuilegiū nō est odiosum sz fauorabile. Ad.c.per exēptionē:qd videt multuz stringere:dic quod ibi fit larga interptatio vt euitet absurditas:nā absurduz foret q exēptis clericis eccl'ie nō forent exempti canonici qui sunt pncipaliores in eccl'ia. Jtē posset contingere q illd priuilegium al's nil operaret vt puta qz in eccl'ia
3 nō sunt alij clerici preter canonicos. † z dispositio dz large interpretari quantūcūqz penalis si aliter nō posset hre effectum:vt est tex.not.in.c.si snia de sen.excom.lib.vj. Ad istuz tex.dic q materia ista non erat odiosa nec poterat intelligi nisi de canonicis. Sed ideo appellauit hic eos clericos z non canonicos:qz in ecclesia rauēnateñ.sunt duo collegia ex priuilegio pape:vnum cardinalium: appel
b lantur eñ cardinales ppter honorē[b] lz nō sint cardinales. Aliud est collegium canonicorū:vnde vt papa cōprehenderet hic oēs:vsus fuit hoc noie generis quia oēs canonici sunt clerici.sicut eñ ex quo quis est homo est animal:ita ex quo qs est ca
3 nonicus est clericus:quia ius canonie non cadit in laicū:vt no.glo.in.c.cū.M.de cōst.est tex.in.c.ij.de insti.z ibi per Jnno.z hec notabis ad alias mate
5 rias. ❡ † No.ij.q cardinalis nō eligit sz postulat:nā cū sit alligatus ecclesie romane nō hz liberum volatū.vñ sicut eps nō pōt eligi ad aliā sedē sed dz postulari:vt hic.z in.c.fi.j.eo.ita etiā cardi
c nalis[c] non debet eligi sed postulari.z hanc opi tenuit Host.z optime probat iste tex.capiendo vba ppriе. Sed Abb.z Egi.tenuerunt contrariū dicētes q cardinalis non eps potest eligi. Et ad istuz tex.rñdet q verbū postularunt ponit hic improprie quo ad cardinalē:pprie quo ad epm.vnde dicunt q cardinalis fuerit hic electus z nō postulatus.de hac materia dic vt plene dicā in.c. eccl'ia.
6 el.ij.j.titu.pri. ❡ † No.iij.hic argumentū optimū q pmot' in cardinalē nō dz tenere epatū saltē in
d titulum. Nā cardinalis dz assistere pape[d] qz psen

c ❡ Jta etiā cardinalis. No.casum in quo eps z cardinalis equiparātur.sciastñ qd cardinalis est maior epo in officio. Abb.in.c.qd sup his in fi.de fi.instru. Host.in.c.ecclesia.el.ij.d ele. Jmo.in.c.dilect' fili'.el.j.de pbē.z vide bo.tex.cum glo.in.c.q̄ q̄.ij.q.vij facit qd voluit Jo.mona.in.c.super eo.de here.li.vj.z tex.in.c.p venerabilē.§.rōnibus.q fi.sint leg. Zacharias. ❡ Adde q cardinalatus dignitas ē maior post papā.not.Fel.in rubr.de maior.z obe.col.v.ver.z limitat istū in.c.ecclesia.el.ij.de electi. Bart.in.l.j.§.si quis.in.j.col.ff.de ap. Fel.in.c.qd sup his.col.fi.v s.vltimo dicit hic.de fide instru.licet Gem.i.c.eps xvij.distin.aliter ibi sentiat.

d ❡ Assistere pape. Quia cardinales nedū cōsulūt romane ecclesie sed vniuersali sunt eñ vnū corpus cum papa sicut canonici cum epo.facit qd no.in.c.ecclesia.el.ij.de elec.z Host.c.antiqua.de priuileg.z Bal.in.l.cū multa.C.de bo.q lib.q cardinales sunt capl'm vniuersale.alle.Archi.xij.q.ij.cū redēptor.z.c.abbatibus.volūt doc.in.c.sup eo.de here.li.vj.z Alua.in.c.j.in pnc.epm vel abbatem. ❡ Add late ro.consi.cccc.xviij.et consi.vlti.

tia sua est sibi magis vtilis quā ī alio epatu. Episcopatus aūt requirit residentiā cōtinuā: nam durum est dimittere ecclesiā sine spōso. Paria enim sunt[a] nō habere spōsuz vel prorsus inutilē:[b] vt in c.ij.de trasl.episc. Unde vides hic q papa noluit admittere postulationē factā de isto cardinali: qr oportuisset aut deserere romanā curiā: aut morā trahere extra epatū: vtrūqz aūt erat icōueniēs merito papa postulationē nō admisit. Et sic colligit argumentū ex textu q cardinalatus r epatus nō sunt cōpassibiles in eadē persona. Nouissimis aūt tpibus seruatū est q eps pmotus in cardinalem nō perdit ipso iure epatū imo retinet illum titulū vt prius: nisi papa aliter disponat. r ita seruatuz fuit in cardinali sancte crucis quo ad epatū Bonon. r ī cardinali sancti marcelli quo ad epatū Senen. Et h qr pleriqz cōsulerunt q.c.de multa.de prebē.nō hz locū in epatibus cardinalatib9 et similibus. et verū dicūt quo ad vba iuris. Sed quo ad mentē putarē cōtrariū: qr potius dz vacare ipso facto vnus epatus per adeptionē alterius vel cardinalatus q̄ vacet vnus archidiaconatus per adeptionē alterius dignitatis inferioris. De materia tñ vide qd no.in.c.dilect9.de cōces.pben. vbi est propria materia r bo.tert.p prima parte. ¶ No.iiij. ibi de facto et de iure. q allegationū q̄ fiunt in iudicio quedā cōsistūt in iure et q̄dā in facto. ex facto eñ ius oritur: vt in.l.si ex plagijs.i.§. in cliuo.ff.ad.l.aquil. ¶ †Not.v. ibi curauimus allegare: q iudex pōt[c] in cā vertente coraz eo allegare p vtraqz parte: potest ergo iudex aperire dubia pcessus r allegare plenius iura facientia pro vtraqz parte quā fecerūt aduocati. r ad hoc quotidie allegat iste text. r ɔcor.l.j.C.vt q̄ desunt aduo.par.iud.supple. ¶ No.vj.q cardinales ɔsulūt nedum romane ecclesie[d]: sed toti ecclesie vniuersali sunt eñ vnū corpus cuz papa sicut canonici cum epo. de quo plenius dicā in.c.ecclesia.ī.titu proxi. ¶ Not.vij.q appellatione romane ecclesie quandoqz intelligit de ecclesia romana particulariter sumpta qñqz sumit pro vniuersali[e] ecclesia. nam vnica est ecclesia totius orbis.xxiiij.qō.j.loquitur et in.c.vnico.de schisma.li.vj. Ecclesie vero particulares sunt membra istius ecclesie vniuersalis: r cōsistit ecclesia vniuersalis ex collectiōe fideliū.de cōse.dist.j.ecclesia. ¶ No.viij.ter.ibi: nō immerito pferentes spāli vtilitati.rc.qd vtilitas cōis[f] est pferenda speciali et maior minori. Quid autē si cōcurrat cōis vtilitas in diuersis psonis: dic vt no. in.l.ff.sol. matri. ¶ †Ultimo nota tres modos prouidendi ecclesie vacanti. scz per electionē: postulationem: et nominationem. et dicit Hosti. qd electio debet eē canonica qr dz capitulū in ea seruare formā a canone prefixaz: vt in.c. quia ppter. ī.tit.proxi. Et si est legitime facta acquiritur ius electo: vt in.c.cū inter canonicos.ī.de elec. postulatio vero dz esse ɔcors: r postq̄ est presentata superiori nō licet postulantibus ab ea recedere. vt.ī.c.proxi. nominatio vero debet esse solēnis: r fit fm eum qñ duo vel tres qui sunt excellentiores in capitulo vel alibi nominant pape r petitur per collegiū vt papa prouideat ecclesie de aliquo illor. Et per hanc nominationē quodāmodo ius acqritur nominatis[g]. arg.xvj.q.vlt.cōtra.sanctorum. Nec pñt nominantes recedere a nominatiōe postq̄ facta est superiori fm eum: sicut dicimus in postulatiōe: qr vtrobiqz eadē est ratio. Fatent tamē Inno. r Hosti. quod si postulantes seu nominantes r superior a quo petitur postulatio cōueniunt possunt postulantes resilire nō obstante contradictione postulati seu nominati: quod no. Et quāq̄ Inno. dixerit qd inter postulationē r nominationem est differentia quia postulatio fit cū solennitate: nominatio vero sine. tamē nō placet Hosti. dicenti qd postulatio proprie fit de vno: nominatio de pluribus: vel postulatio fit quando plures sunt in collegio: nominatio vero quādo est vnus solus: quia proprie in vno nō cadit electio: dic tamen quod cadit ius electionis vt dixi.§.c.pri. Et satis pōt teneri illa opinio vt postulatio fiat de vno: nominatio de pluribus. r intellige in nominatione solēni que fit modo predicto: quando datur libera potestas superiori puidendi vni ex nominatis. Nam quedam est nominatio non solennis scilicet quando ante scrutinium fiendum aliquis nominatur inter canonicos tanq̄ bonus et sufficiens: illa enim nominatio non tribuit ius nominato. vt in.c.quod sicut de elec. sed solū preponitur in collegio vt eligatur si placet collegio: solent enim nominari plures r postea fit scrutiniū de omnibus: r habens maiorem partē vocum remanet electus: vt in.d.c.qr ppter. r hoc plus placet quam hoc quod ponit glos.fi. Quid autem sit proprie electio seu postulatio dixi super rubrica. ¶ †In glos.j.in fine not. singulariter istam gloss. que solet iuncto tex. quotidie allegari cum queritur an r quando iudex possit ex officio supplere. Et de materia vide aliquid per Inno.in.c.ad nostram.el.ij.de iureiur. aliquid dic per glo.xxxviij. distinc.in.c. puiusq̄.xxx.q.v.iudicantem. r in Specu.de disputatione r allegatione.§.fina. quasi per totū. r per Bart. r Bal.in.l.j.C.vt q̄ desunt aduocatis. plenius per eundem Bal.in.l.iiij.§. hoc autem iudicium[h].ff.de dam.infect. per gloss.in.c.cu

a Sebast. Sapia. ¶ Paria enim sunt. In cōtrarium tñ facit q mulier sterilis et sic inutilis quo ad sobolem habet dotis puilegia vt tradit late in.l.j.ff.sol.mat. sz illud est actū vitio accidētali. vt ibi notatur.

b ¶ Uel prsus inutilē. Facit tex.ā.l.quoties.ff.q satis. cog. r gl.in.l.si pf. C.ne de statu defun. r tert. aureus.in.l.accusatur9.ff.de adul. r pulcher tex. et ibi bal.in.l.ij.C.de eunu.tex. in.c.ij.de cri.fal. Bal.in.l.si vt p pōis.la.j.C.qño et qñ iud. Do.in c.pia.de exce.li.vj.glo.sing. et ibi Sali.in.l.fi.C.ad l.flaui. d pla.tex. in.l. non putauit. §.nō quenis. iuncta gl. et ibi Bal. ff.de bon.pos.cōtratabu.sali.ī rubri.C.de pba.gl. in.c.vera.xlv.di. et glo.in.l.ij.C.d here.et.l.iiij.§.cōdemnatu.ff.de re iudi. cum simili. ¶ Adde gl.in.l.fin.C.ad legē fla. d pla. vbi dicit q vidua dr q̄ hz virum inutilez.

c ¶ Iudex potest. Uide qd legitur r no.in.c.cū Ioā. eremita.de fi.instru. r quid in notario nunqd possit allegare pro vtraqz parte. vide gl.xlv.di.c.disciplina. in versi. gladijs.

d ¶ Romane ecclesie. Add Bal. ī aut. q̄s actiōes. in vlt.col.in vsi. r prio h q̄ro qd est dicere ecclesia romana.C.de sacrosan.ecc. vbi dicit q ecclesia romana capit tripliciter. Prio p dño papa: qr papa est ecclesia animata qr vbi est papa ibi est ecclesia fz Inn. r doct.in.c.ego.N.d iureiu. Secūdo modo ponit romana ecclesia pro suo patrimonio vnde quiequid est de iurisdictione ecclesie romane pncipaliter r per se tanq̄ patrimoniū beati Petri. Tertio modo dicit ecclesia rom. ecclesia lateranen. q̄ est epatus summi pōtificis. r est maior ecclesia vniuersi orbis. vt no.in.c.nemo.xvj.q.iij.p Archi. Et quot modis capit ecclesia. vide gl. et doc.in.c.fi.ne prela.vi.suas. Baldū.in rub.C.de sacrosan.eccle. r in.c.j.lxxij.dist. et.vij.q.j.c.scire. et in.c.sicut. et tex.cum gl. ibi prima. in.c.cū clerici.de verbo.signifi.

e ¶ Uniuersali. Adde Oldra.consi.lxij.

f ¶ Utilitas cōis. Uide tex. et ibi doc.in.c.licet.de reg. r.l.vnicā ad fi.C. de cadu.tol. r in aut.de nō ali.§.qr vero.col.j. r.l.actiōe.§. labeo. in ver. semp eñ.ff.p so. r bo.tex.in.l.nulli.C.de ero.mi.anno.lib.xij. vbi creditor differens recipere debitū repu. cadit a iure exigendi: r tert.sing.in.l.j.C.de ɔdi.in hor.pu.lib.x. vbi fauore publice vtilitatꝫ ɔpellit qs emere merces corruptas. r tex.in.l.nullus penitus.C.de cur.pu.lib.xij. vbi ppter publicā vtilitatē grauant persone puilegiate facit.c.nō minus. de immu.eccle.l.in puinciali.§.fi.cū.l.seq.ff.de no.oper.nun. r qd voluit Bal.in rub.qui accusa.nō pos. r tex.in.l.si pendentes.§.si quid cloacarij.ff.de vsufr. r tert. melior de iure in.l.si quis in graui.§.is quoqz.ff.ad sille. vbi libertas datur seruo fauore publice vtilitatis in casu phibito dari. r facit tex.in.l.j.C.vt ne lice.in em.p.specierū se excusare.lib.x. vbi compellit qs emere frumentū a repu. r no.vnū sing.dictū Butri.in.c.ex parte.j.de rescri.p illū tex.q si pars astrinxit se ad duo iuxta no.in.l.diuus.ff.de re iud. r in.c.lz cām.de proba. r nō probauit nisi vnū qd ad petitionē partis nō potest iudex ferre sniam sed iudex ex officio potest ferre si illud probatū tendat ad publicam vtilitatez: vt voluit Bal.in l.j.alias secūda C.de condi.inde. qd no.pro limitatione dicte.l.diu9 r.c.licet. Anto. Francisc. ¶ Circa hoc an qs cōpellat emere vel vēdere ratione publice vtilitatis vl alia ratione. dicendum est quod regulariter non cōpellitur quis inuitus emere vel vendere aut aliquē contractū facere. vt ī l.nec emere.C.de iure deliberan. r in.l.alieno.in.§.si quis.de fideicō.lib. tamen ratione publice vtilitatis cōpellit qs emere r vendere frumenta: r alia victualia vt per Bart.in.l.iperatores.ff.ad.l.iuli.de anno. r p Cy.in.l.ij.C.de episc.au. r p Bar.in.l.non dubiuz.in.§.fin.ff.de leg.iij. et l.j.in.§.cura carnis.ff.de offi.prefec.vrb. r in.l.annonam.ff.de extraor.cri. et in.l.prima.C.de lati.liber.tollen. et vide glo.in dicta.l.nec emere. et in.l.inuitum.C.de cōtrahen.empti. in quib9 locis enumerantur multi casus in quibus quis compellitur contrahere: et vide Bartol.in.l.j.in versi.no.quod p vtilitate.C.de debito.ciui.lib.xj. r vide domi. Alexan.in apostil. Ad Bart.in.l.quod ad presens.C.de murilegu.libro.xj. ¶ Adde quod quis cogitur vendere ecclesie vel fisco quando eorum interest: vt per Floria.post Guil.de cug.in.l.si quis sepulchrum.et in.l.ij.in.§.locum.ff.de reli. r sump.fune. et per Angel.in.l.j.in fi.ff.soluto matrimonio. r per Ioan.de ligna.in cap.ad apostolice.de dona. et vide singularem tert. ad hoc in.c.primo ibi per do.Abba.de rerum permutatio. vbi quis compellitur vendere seu permutare cum fisco. Et adde quod quis etiam compellitur vendere consorti vel coniūcto offerenti idem preciuz quod offerret alius potius quam extraneo: vt in.l.ad officium.C.commun diuidūdo. vbi etiam Bald.notat: et per eundem Bald.in.l.ij.in fine colum.C.de rescin.vendi. r per Romanū.in.l.j.in.ij.colum.ff.in ius vocati vt eant. et domi.Alexand.post Bartol. et docto.in.l.qui rome.in.§.coheredes. ff.de verborum obligatio. et habetur per Ioan.andr.in addi. Specul. in titu.de empt. r vendi.in.§.penultim.in versicu.sed pone.in additione magna in fi.

g ¶ Nominatis. Adde Anch.consi.ccxv. et an postulatione presentata liceat variare per Ro.consi.ccclxxxv.

h ¶ Hoc autē iudiciū. Uide ibi plene per Rom. r vtrūqz Imol. r per Archi.in.c.iudicantem.xxx.qō.v. r docto.in.c.ad petitionem in.c.cum dilectus. r in.c.inquisitionis.de accusa.in.c.per tuas. r in.c.cū clamor.

pientes

pientes.§.ceterũ.in verbo cõtumacia.de ele.li.vj.⁊ in.c.pia.de exceptio.eo.lib.in versi.publice. Et p declaratiõe materie prosequar prius aliquos casus quotidie occurrentes. Scdo submittam vnã regulam. Et primo dicẽdũ est qd iudex semp põt de iure supplere[a] siue cã sit publica siue priuata inducendo legem vel canonez seu statuta loci vt voluit hic glos. et bene potest etiã induci lex a simili vt no.gl. Bar. ⁊ Bal.in. d.l.j.precalle. ¶ Scdo põt supplere de facto in his que sunt sibi nota vt iudici[b] vt puta si ex actis p3 aliquod ius cõpetere parti qd propter ignorantiã pars omittit: vt in.c.raynaldus: ⁊ ibi p Inn.j.de testa. ¶ Tertio supplet in facto sibi noto vt notorio[c].vt nota.per gloss.et doc.in.l.j.C.qui ⁊ aduersus quos,⁊ p gl.in.d.c.pia. ¶ Quarto supplet in exceptione que reddit iudicium retro nulluz.exemplũ in.c.cãm que.j.de iud. not.glo.in.d.c.j.[d].de elec.lib.vj.⁊ Bal.in dicta.l.j. ¶ Quinto supplet vbi vtit̃ piculum animarum[e] vt in.c.exceptionẽ.j.de excep.no.per gloss.in.d.c.cupientes. ¶ Sexto supplet circa repulsionez testium.potest enim iudex ex officio suo mittere pro vicinis vt videat ex relaxatione eorũ an testis sit idoneus.vt in aut.de testi.§.j.not. Bar.i.d.§.hoc aũt iudicium. Concernit enim honorem ⁊ dignitatem iudicis et bonum publicũ vt indignus non admittatur in testem.facit.l.quos prohibet.ff.de postu. Tu vero hoc intellige nisi vt talis exceptio que possit per partem omitti[f] vt puta si testis est alias idone⁹ s3 est familiaris aduerse partis. Ex quo enim pars non excipit iudex nõ debet ex officio repellere.facit quod in simili no.in.c.accedẽs. el.j.vt lit.nõ contesta.⁊ hoc not. Joan.an.in additio.Specu.in tit.de teste.§.j. ¶ Septimo supplet in fauorem publicum presertim cũ pcedit ex officio nobili[g]:vt.in.d.§.hoc autez iudicium:⁊ qd ibi not. Idem facit ad vtilitatez ecclesiarũ:vt in.c.cũ venissent.de insti.⁊ ad vtilitatem miserabilium psonarũ pupillorũ ⁊ viduarum:vt not.in.d.§.hoc autem iudiciũ. Item ꝑm glo.hic supplet de facto qñq3 altera parte absente.allegat.l.fi.C.ð appel. Et ideo dixit glosa quãdoq3:q2 aliqui intelligũt illam.l.qd ponat casuz specialẽ in causa appellationis qd no.ibi glo. Sed Barto.in.d.l.fi.⁊ in.d.§.hoc autem iudicium.voluit ponere in hoc regulam:ꝙ vbicunq3 iudex põt procedere ꝯtra absentem potest supplere de facto ad vtilitatẽ absentis vt testes producere:pro absente excipere ⁊ alia facere que incumbũt absenti.ar.d.l.fin.⁊ in aut.qui semel.C.quõ.⁊ qñ iudex.⁊ hec opi.quasi cõiter hodie tenetur. Sed Bal. eam non approbat in.d.l.j. dicẽs quod illa lex.fin.debet itelligi qñ iudex supplet pro absente in facto sibi noto vt iudici:vt puta per inspectionem actorum.naz nulla lex est que clare dicat iudicez posse inducere testes pro absente:⁊ hec opi.videt̃ verior de rigore iuris.sed opi. Bar.est equior ⁊ cõmunior. ¶ Illud tñ scias qd iudex potest in omni causa ex officio testes iã inductos interrogare qui obscure deposuerũt[h]. Itẽ interrogare partes quãdocũq3 visum sibi fuerit[i]: vt.c.cũ Johannes.de fi.instr.no.glo.in.c.in presentia.de proba.et Bar.in.d.§.hoc autẽ iudiciũ. Et potest circa predicta ponere regulam quã faciũt Bar.⁊ Bal.in.d.l.j.qd in his que radicant̃ in psona iudicis potest iudex semp ex officio supplere vtraq3 parte presente. Ad officium enim iudicis pertinet libellũ examinare[k]:vt in.l.j.ff.de of.asse. iuramentum calũnie deferre:dilatiões dare. Itez pronuntiare in causa. ¶ † Unde concluditur qd valet sententia lata vtraq3 parte presente:l3 non appareat qd iudex eam protulerit ad instantiaz partis:sed altera parte absente iudex nõ supplet nisi petente parte presente:vt in.l.properandum. C.de iud.⁊ in.l.ad peremptorium.ff.eod.titul. In his vero que radicantur in persona partis:vt excipere petere probare:⁊ similia iudex regulariter non supplet[l]:quia non debet assumere officium partis ⁊ supplere ad cõmodum priuatum:vt no. Inno.in.d.c.ad nostram.fallit in casibus preall'.
¶ † In glo.in versi.communẽ.no.bene finẽ hui⁹ glo.ꝙ quis nõ tenetur preferre bonum publicum suo priuato si priuatum bonum non includit̃ sub publico.⁊ idem no.glo.in.c.licet de regul. Ratio est q2 prima charitas incipit a seipso.iudex autẽ debet preferre bonum publicum priuato licet priuatum non includatur sub publico:quia bonum publicum est melius priuato:hoc casu potest intelligi iste tex.⁊ quod no.glo.in.l.vnica[m].C.de stu.lib.vrbis ro.li.xj. Ubi not.ꝙ si faber habet apothecã iuxta scholas ita ꝙ impedit exercentes studium debet per iudicem expelli propter bonũ publicum qd nutritur in scholarib⁹:vt in aut.habita.C.ne filius pro patre. Plenius tamen dic de ista questione ⁊ de materia vt not.per Bart.in.l.j.ff.sol.mat. ¶ † In gloss.in verbo.in tanta.ibi: numerus postulantium sit duplo maior.hoc procederet quando postulatio concurreret cũ electione alterius partis:tunc enim non debet admitti postulatio nisi numerus postulantium sit duplo maior[n]. Sed dubium est quid si non cõcurrat electio s3 sola postulatio que fit a maiori parte capituli dũtaxat:nunquid talis postulatio possit admitti per superiorem inuita minori parte Goffr.hic tenet quod sic:quia regulariter valet quod fit a maiori parte capituli:vt in.c.quia propter.de elec.et in.c.j.de his que fiunt a maio.parte capitu.⁊.lxv. dist.in.c.j.⁊.ij. Nec obstat iste text.in eo quod dicit ꝙ romana ecclesia non consueuit in tanta diuisione postulationem admittere:quia scdm euz litera non dicit qd non potest:sed quod non consueuit. Hostien.dicit qd quo ad alios superiores tantuz est dicere ꝙ papa non consueuit[o]:quantuz ꝙ nõ debet. Quia stilus romane curie facit ius quo ad alios:vt in.c.ex literis.de constitut. Papa tamen sibi ⁊ successoribus suis non potest imponere legem[p] sed aliis sic.vt in.c.inotuit de elec. Et sic sensit Hostien.quod alius superior citra papam non potest admittere postulationem factam a maiori parte:sed oportet vt concurrant due partes collegij. Et nota singulariter hoc dictum propter autoritatem Hostiẽ. Sed mihi plus placet opinio Goffre.⁊ ad istum tex.respondeo aliter q̃ ipse faciat.hic eniz loquit̃ in postulatione facta a maiori parte q̃ tertia parte. ¶ Et propter hoc dicit litera ꝙ papa nõ ꝯsueuit in tanta diuisione admittere postulationẽ. Ergo secus si postulatio fuisset

de testi.⁊ in.c.constitutus.de ap.⁊ in.c.cuz dilectus.de consue.et insti.de ac.§.si minus.⁊ in.§.curare.⁊ in.c.cum nobis.j.de elec.⁊ in.c.cum Joãnes eremita.de fide instru.⁊ vide omino Bu.⁊ bal.⁊ do.meum hic.⁊ vide Bar.in.l.si quod ex pamphila.ff.de leg.ij.

a zacharias. ¶ Potest de iure supplere. Adde an possit a iudice nolẽte supplere appellari p Spe.in tit.de offi.iudi.§.impedit.vers.qd si iudex. Et an et qñ iudex non supplẽs cũ possit faciat litem suã ita vt teneat̃. vide p Bar.in.l.j.col.j.C.quõ et qñ iud. vbi dicit qd tunc demũ facit litem suam si non supplet quando ius est verum. secus si est falsum. idez per Spec.in tit.de allegatio.⁊ di sputatio.§.si.v̊si. quid si nolit.

b ¶ Sibi nota vt iudici. Uide tex. singularez ꝑm lecturam Azo.in l.vbi pactũ.C.de trãsac.nam iudex procedit in facto sibi noto quando ei ꝯstat cõpetere actionem agenti ipso iure per tex. singularem in.d.l.vbi pactum.faciat qd legit̃ ⁊ notat̃ in.l.j.in fin.ff.de petitio.heredi.⁊ quod voluit Bart.in.l.lecta.ff.si cer.pe.et in.l.eũ q ita.ff.de ver.ob.⁊ i.l.exceptionẽ.C.de pba.⁊ in l.si vnus.§.pact⁹ ff.de pac.et doct.in.c.exceptionez.de exceptio.

c ¶ Ut notorio. vide istũ in.c.afferte de p̄sumpti.in vlti.no.in ver.ex predictis ⁊ tex.in c.cũ venerabilis. in ver.q2 vero cõstitit.de exce.vbi Bal.in positione casus:et istum in vlti.not.ibidem. ¶ Adde Ro.cõ si.ccxxvij.

d ¶ Gl.in.c.j. Uide ibi in v̊.absentia.sing.ꝑm istum in.c.insinuante.in gl.in ver.postmodum.de offi.deleg.⁊ in.c.quoniaz contra.circa gl.de proba.⁊ plene per do.meum in.c.causam que.el.j.de iudi.

e ⁓ Sebasti.Sapia. ¶ Periculuz animarum. Hoc firmat Bal.in.l.mulierem.C.si manci.ita veneat.i.l.ne quicq̃.§.vbi decretũ.col.x.ff.de offi.procon.⁊ lega.in.l.vnica col.xvij.C.de confes.

f ¶ Per partem omitti. vide do.gl.in aut.de testi.in.§.⁊ licz et ibi Ang de testi.in col.vj.⁊ doc.per illum tex.in.c.ex literis.de transac.et in.c.ex parte ade.de testi.⁊ in.c.super eo.de testi.et Bal.in.l.quos prohibet.ff.de postu.in.l.j.§.si curatores.ff.de magi.conue.

⁓ Sebasti.Sapia. ¶ Officio nobili. Nota tñ qd nunq̃ iudex potest supplere nisi pars illud posset opponere vt per Bar.in.l.non solum.§.quãq̃.ff.de iniur.faciunt no.per Bal.in.l.decuriones.de his qui no.infa.⁊ per glo.in.l.ita demum.C.de procura.

h ¶ Obscure deposuerũt. Uide tex.⁊ doc.in.c.cũ clamor.de test.⁊ vide q̃ dixi in.c.fi.§.de cõsti.⁊ vide gl.in aut.de testi.§.q2 vero.⁊ no.c.p tuas,e.tit.⁊ in.c.in p̄sentia.in ver.dubiũ.de proba.

⁓ Sebasti. Sapia.

i ¶ Fuerit. Uide Feli.i.c.exceptionẽ.j.de except.colum.j.ij.⁊.iij.vbi ponit q̃ possit facere iudex etiam inuitis partibus.

k ¶ Libellũ examinare. Uide Bal.in rub.C.ð vindi.li.in fin.j.col.⁊ gl.xj.q.j.i.c.sacerdotibus.in ver.incẽdit.que dicit qd iudex d3 destruere libellũ q nõ est legitime cõpositus ⁊ est dentib⁹ lacerãdus:vt voluit Innoc.in.c.j.de offi.vic.⁊ vide Abb.in.c.examinata.in pe.col.in ver.nũc venio ad glos.de iudi.vide Bar.⁊ ibi alex.in l.prohibitũ.C.de iur.fis.vbi all'.gl.in.l.j.ff.de of.asse. ¶ Limita nisi essemus in casibus in quibus non requirit̃ libell⁹: q2 l3 produceret̃ ineptus teneret l3 posset lacerari vt est gloss.sing.in.l.vinũ in fi.glo.magne.ff.si cer.pe.et vide Bart.in extrauagan.ad reprimen.in ver.sine figura. ¶ Adde Ro.cõ si.lxix.⁊.cxix. Zacharias.

l ¶ Regulariter nõ supplet. adde tu qñ possit de facto vel de iure iudex supplere plenissime.p Bal.et doct.in.l.j.C.vt q̃ dsunt aduo.par.in sup.Specu.in ti.de instru.edi.§.iiij.versicul.quid si abbreuiatura. plenius in titu.ð allega.⁊ dispu.§.vj.per totum et de offi.iu.§.vj.ver.ante litem.⁊ ver.post sniam. Jo.de imol.in.l.eum qui ita.§.qui ita.de verb.obliga. Alex.in.l.iij.§.hoc autem.ff.de dã.infect. Ang.in.l.si pars.de inoffic.testa.⁊ in.l.fin.ff.de pet.here.⁊ Card.in cle.j.in.iij.q.de offi.ordi.

m ¶ Glos.in.l.vnica. Uide de ista.q.⁊ pro illa gl.istum post Host.in.c.fi.in ver.extra gl.de iudi.⁊ plene p doc.in.d.l.j.ff.sol.ma.post Bart.

n ¶ Duplo maior. Adde vt per Ro.cõsi.cccxxx.⁊.cccclxxxiij.

o ¶ Non consueuit. Facit in simili tex.in.l.apud iulianum.§.fi.in.fi.ver.distrahi non soleant.ff.de leg.j.

p ¶ Imponere legem. Uide ho.tex.in.c.pro illorum.de preben.

c nō intelligit dispensatus circa maiorem [c] p̄sertim circa dignitatē ep̄alē.nam iste electus nō poterat esse archidiaconꝰ sine dispensatiōe.vt in.c.j.de fil.p̄sby.lib.vj.ꝛ tñ nō potuit eligi in ep̄m qꝛ ad p̄missionem minoris dignitatis nō venit p̄missio maioris sed ecōtra sic:vt in.l.relegatoꝝ.in fi.ff.de interdi.ꝛ rele.¶ No.v.qđ lʒ aliq̄d prohibeat in iure nō p hoc prohibet dispensatio circa illud ius.Itē no qđ papa nō pōt ex p̄tāte apostolica imponere legē suo successori quā de necessitate habeat obseruare.Idē not.xij.q.ij.non liceat pape.ratio redditur in litera:qꝛ par in parē nō h3 imperiū.et no.hāc rōnē:qꝛ quotidie ad h̄ solet iste ter.allegari:ꝯcordat.l.ille a quo.in.§.tēpestiuū.ff.ad trebel
d lia.Ex quo infert qđ si aliq̄[d] puta germani sunt dñi alicuius ciuitatis non pōt vnus reliquū iudicare.de quo vide qđ dixi in.d.c.prudentiā.de offi.
5 dele.¶ †Not.ibi:pari post eū imo eadē ꝛc.φ par
e non est idē.[e] ꝛ quotidie allegat qđ nullū simile est
f idem.l.qđ nerua.ff.de posi.ꝛ not.qđ dictio imo[f] est

vide not.in rubr.j.de appel.ꝛ in.l.iij.ff.de arbi.
¶ Non est idem.Adde Ro.ꝯsil.cccxxxviij.
¶ Dictio imo.Adde Ro.cōsil.xiiij.vbi si iudex dicit ꝯdēno imo absoluo:sentētia est absolutoria.
Anto. Francisc.
¶ Adde qđ dictio imo quādoq3 stat correctiue eius qđ dictū est in precedentibus vt in exēplo h̄ posito q̄ñ iudex dicit condēno imo absoluo q̄ñ tūc s̄nīa est absolutoria:quia corrigit verbum condemno prius p̄latu3.vt voluit Bal.in prima cōstit.C.in verb.imo.ꝛ idem Bald.in.l.j.C.de furt.in.vj.colū.et qđ stet correctiue vid notabilē ter.ꝛ ibi doct.not.in c.filij.de here.lib.vj.ꝛ habetur p legistas.in.l.iurisgentiū.in.§.quinimo.ff.de pact.et in.l.pomponius.ff.de neg.gest.ꝛ in l.si ita.ff.de here.inst.ꝛ habetur in c.nemo.de simo.ꝛ in.c.quanto.in princi.de iureiu.
¶ Et adđ quod quandoq3 stat ēt ponitur copulatiue seu cōiunctiue vt in.l.imo.ff.de libe.cau.ꝛ in.l.iubemus.§.ecōnomus.C.de sacrosan.eccle.ꝛ de significato huius dictionis imo.vide plene p Bart.in.l.si ita scriptū.ff.de hered.instit.et in.l.stichus.ff.de manumis.et p eundem Bartol.in.l.j.in.§.q̄bus.C.de nouo codi.compo.ꝛ p glo.in l.j.in ver.q̄nimo.C.de sepul.vio.ꝛ p Bal.ꝛ Albe.đ Rosa.in proe.C.in fi.

a ☞Sebasti. Sapia. ¶ Correctiua. In ɔtrariū tñ facit tex. in.c.ij.ī.de trāsl.epi.p resolutiōe dicēdū est ꝙ cōsiderata forma ⁊ effectu absolute nullā simile est idē.qꝛ per omnia nō est idē.sed cōsiderato effectu simile pōt dici idē quātū in casu in quo est simile vt colligit ex no.in.l.qui liberis.in prin.ff.de vulga.⁊ pup.vt latius dixi.in.d.l.quod nerua.et de hac regu.vide late Fely.in.c.capitulū.ī.de rescrip. b Zacharias.

de fil.psby.Bar.Alex.⁊ Moder.in.l.barbarius col.x.de offi.pto.papa aūt ⁊ pnceps vt vult iste sine cā dispensare pōt.Qđ tñ limitabis in voto in quo dispensatio pape sine cā nō valet nec est dispensatus quo ad deū totus si facta est dispensatio ad instantiā vouētis doc.in.c.nō est.de voto.car.in cle.ij.§.j.q.ij.de pe.⁊ re.

b ¶ Gl.in.c.pdicator.xvj.q.j.adde istā gl.fuisse alle.p singu.p Ludo.ponta.in.l.j.ff.de re iud.p Bart.in j.cōsti.C.§.qbus.ad hoc qđ.ī.di.⁊ dic ꝙ eius effect⁹ est qđ vltia dispositio valeat.nota Bart.in.l.stich⁹.de manumis.test.vbi loquit ō teste aprilis imo maij.Adde qđ etiā est electiua vt plene p Bald.in.l.qdā eulogio.col.ij.C.de iure delib.⁊ in tract.schismatis.colū.pe.vbi dicit ꝙ per hāc dictionē finis corrigit principium.

c ¶ Executionem. Adde qđ voluit Ro.ɔs.ccxvj.vbi dicit ꝙ patiēs se eligi ad offm̄ ad qđ est inhabilis dz capite puniri. Anto. Francis.

¶ Circa hoc an inhabilis patiēs se eligi ad officiū aut beneficiū puniatur aliqua pena. Dicas prio ꝙ qui eligit indignū psumit sciēter facere:qꝛ psumit habere notitiā ei⁹ quē elegit. e l.si patron⁹.et ibi p Bart.ff.ō cōfir.tuto.⁊ ideo dicebat Host.i.c.cuz terra.ō ele.ꝙ electores psumunt scire qlitates electi.⁊ ideo taliter indignuz eligentes priuant ptāte eligendi.iuxta ea q̄ habent in.c.cū in cunctis.de elec.⁊ p Bar.in.l.cū qđ.§.la.ij.ff.de leg.ij.⁊ p hoc facit qđ voluit Inno.in.c.si celebrat.de cle.excōmu.vbi dixit ꝙ electio fctā de criminoso vel inhabili est nulla.de quo etiā per doc.in.c.auditis.de elec.⁊ hr̄ p archi.in.c.nullus.lxij.di.ꝙ etiā cōprobat:qꝛ eligentes scienter indignū ad dignitatē inferiorē eq̄ali priuant iure eligēdi.vt in.c.dudū.el.ij.de elec.fateor tñ ꝙ electionē de se factā meli⁹ est recusare q̄ acceptare qñ scit se esse indignū.vt voluit.b.Tho.in.q.de q̄libet.q.v.arti.xxj.nō aūt credo qđ sit verū dictū romani in cōs.hic alle.ꝙ talis inhabilis sic elect⁹ debeat puniri pena capitis:quimo electio de inhabili vr̄ qñqz valere:lz aliqñ remoueat:⁊ aliqñ etiā dispēsatiue toleret:vt hr̄ in.c.fi.de eta.⁊ qlit.⁊ in.c.ij.de corpo.viti.

correctiua[a].de quo vide bo.glos.in.c.predicator.xvj.q.j.[b] ¶ No.in verbo multa:qđ merita psone multum iuuant ad dispensationem obtinendaz:⁊ idem probatur in fi.litere.vbi tex.dicit ꝙ ppter prerogatiuam meritorū potest capitulū postulare illum magistrū.Sola ergo meritorū prerogatiua est sufficiens ad inducēdum principē ad dispensandum.lz non concurrat ecclesie necessitas vel euidens vtilitas qđ not. ¶ Itez collige quod multum prodest ad cōfirmationē seu prouisionē prelature obtinende habere electionem cōcordē.petitionem populi:principis assensum ⁊ aliorum

6 suffragia. ¶ † Item not.ibi ꝙ lesa cōscientia ⁊c.arg.opti.ad illā questionem an promouēdus vel ordinandus teneat pandere delictū seu defectuz propriū:⁊ facit ista litera qđ sic:al's nō vr̄ ꝙ possit saluare cōscientiā suā. ¶ Vinc.dixit hoc pcedere in irregularitate:secus autem in alio pctō qđ non inducit irregularitatē seu incapacitatem.⁊ cū eo transeunt cōiter doc.hic.⁊ not.hoc verbū.Ego remitto te ad tex.iuncta glo.notabili in.c.ex penitentibus.l.distin.vbi recitant opin.cōtrarie.Sed archi.ibi sequit Inno.in.c.inquisitionis.de accu.vbi dicit ꝙ ordinand⁹ tenetur pandere deli

c ctum qđ impedit ordinis executionem.[c] Item dixit in promouendo qñ delictū seu defectus impediret beneficij retentionem sine dispensatione.Et in hoc casu intelligo istum text.⁊ facit prealle.c.inquisitionis.secus autē in alio peccato occulto:qꝛ ibi nō requiritur dispensatio.sed sufficit ꝙ apud deū agat penitentiā:vt in.c.fi.de tēp.ord.vbi bo.tex.Ex his infert ad aliā q̄stionem:an existens in peccato tpe pmotionis vel collatiōis seu electionis de se facte possit cū bona cōsciētia illud bene

d ficiū in posterū possidere[d]. Hanc questionē decidetē ꝑm predicta:nam si erat tale crimen ꝙ inducebat irregularitatem vel incapacitatem:ita ꝙ sine dispensatione beneficiū non poterat obtinere:tūc nō poterit cū bona cōscientia illud beneficiuz obtinere quātūcūqz defectus seu crimen sit occultum vt hic. ¶ An aūt sufficiat dispensatio superueniens dicam infra.Si autē crimen non erat tale:⁊ tunc aut erat publicum ⁊ graue ⁊ non valuit promotio sine dispēsatione:vt in.d.c.fi.de tem.or.⁊ in.c.cū in cunctis.ī.eo.nam electio fuit nulla vt

7 ibi. ¶ † Sed si papa talem scienter pmouisset tacite cū eo dispēsasse[e] vr̄ arg.in.l.quidā cōsulebāt.ff.de re iudi.⁊ in l.idem vlpianus.ff.de excu.tutor.tenet Barto.in repe.l.barbarius.ff de offic.preto.Secus in inferiore citra papā qui nō vr̄ dispensare nec potest nisi premittat cause cognitionem.vt no.Ioan.an.in.c.ij.de schisma.Et ꝑm hoc possunt reduci ad concordiam dicta Innocen que videntur cōtraria in.c.diuersis fallacijs.de cleri.cōiuga.⁊ in.c.veniens.de fil.presby.Nam in vno loco dixit quod promouens scienter indignum videtur dispensare:in alio loco contrarium dicit.

8 ¶ † Sed reducas ad concordiam per distinctionem inter principem et inferiorem.Diuersitatis ratio est:quia inferior citra principem non potest

f dispensare nisi premittat cause cognitionem.[f] naz hoc importat verbū dispensatio:vt not glo.no.j.q.vij.§.nisi rigor.secus in principe.⁊ de vtroqz vide not.dictum Innoc.in.c.cum ad monasterium.de sta.regu.Si autem crimen erat occultum tunc peracta penitentia licite potest beneficium obtinere.Quia crimen occultum non inducens irregularitatem:non inducit nullitatem electionis vel prouisionis ipso iure:sed requiritur sententia cassationis.tex.est no.ꝑm intellectum gloss.in.c.inter dilectos.de exces.prela.Sequitur Cal.in.c.super eo.ī.eo.Ante ergo q̄ priuetur licite tenet beneficium ⁊ cum bona conscientia.ad hoc qđ not.Innocen.in.c.cum nostris.de cōcess.preben.⁊ hoc bene notabis.⁊ ꝑm hoc limitarem dictū Bartol.in.l.ij.C.si seru.vel li.ad decu.aspira.libro.x.Vbi querit an debeat puniri qui dum promouetur ad officiū vel dignitatem nō deterit defectum suum.⁊ tandem concludit qđ si defectus non erat alijs notus non tenebatur pandere.Quia nemo tenetur detegere turpitudinez suam.secus si erat alijs notus.nam tunc punitur si ipse non manifestauit tempore promotionis per text.illius.l.ij.que verba no.Sed primum membrum puto limitanduz per supradicta.s.quod vbi sine peccato non potest tenere beneficium vel ordines exequi:tenetur manifestare defectum quantūcūqz occultum tempore promotionis vel ordinationis sue. ¶ Item no.principaliter qđ illegitimus potest dispensatiue promoueri ad episcopatū ex sola meritorum prerogatiua:lz hoc non exigat necessitas vel euidens vtilitas ecclesie quod est bene notandum.et

9 idem potest dici circa alios defectus. ¶ † Not.ibi nec probare cogimus ignorantiam.bo.text.iūcta

g glo.quod in facto alieno quod quis indagare[g] te

h netur ex officio presumitur scientia[h]:⁊ alleganti ignorantiam incumbit onus probandi:⁊ non tradas hoc obliuioni.Nā solet subtiliter ad hoc iste text.allegari et facit regula iuris in.c.quamuis.ī.de reg.iur.vbi dicit quod non est pastoris excusatio si lupus oues comedit ⁊ pastor nescit.id est allegaret se nescire.Et loquitur de prelato qui dicit se ignorare de vita subditorum.nam cū teneatur ex officio inquirere de vita subditorum.vt in c.j.de offi.ordi.⁊ in.l.congruit.ff.de offic.presi.non

10 presumitur illorum delicta ignorasse. ¶ † Nota ibi:cum non ad postulandam dispensationem.argumen.optim.quod ad petendum dispensationem requiritur mandatum speciale:⁊ quod non potest quis sine mandato impetrare pro alio dispensationem.tene menti.Secus est in volente impetrare beneficium pro alio:vt est glos.no.in.c.ad

¶ Vtrū dispēsatio sine cā facta valeat q̄ ad deū.Dicas ꝙ nō etiā in dispensatione papali.ꝑm gl.in c.nō est.hic alle.etiā videt esse ex mente gl.in.c.dudū el.j.de elect.ꝙ tñ itellige verū in dispēsationib⁹ q̄ essent ɔ ius diuinū ⁊ naturale.secus si simlr essent ɔ ius positiuū qꝛ in talib⁹ volūtas pape vel pncipis hr̄ p cā:ad qđ vide notabile dictū spec.i ti.de leg.§.nūc breuiter.i vs.⁊ not.⁊ idem not.Innoc.in.c.cū ad monasterium.de sta.mo.Inferior āt a pncipe pt dispēsare ēt sine cā ɔ ppriū statutuz lz nō ɔ ius cōe vt voluit Inn.in.d.c.cū ad monasteriū:lz ipse tenuerit ɔriū in.c.ex tenore.de tem.ord.⁊ ꝙ i dispēsatiōe requirat cā ꝑz tñ ea q̄ dicta sunt.ī.hr̄ in.c.cū nobis olim.de elect.⁊ p Innocen.in.c.veniēs.de fil.psbyt. ¶ Quid āt si cā exprimat q̄ nō sit vera an vitiat dispensatio.vide q̄ habent in.c.qꝛ de ɔsan.⁊ affi.⁊ in.c.ex pte.de ɔuer.cōiug.⁊ p archi.i.c.j.lv.di.⁊ i.c.qđ p remedio.j.qđ.vij.Nūqd aūt dispēsatio facta ab iferiore a principe possit p eū sine cā reuocari.vide gl.reputatā singulare:q̄ dicit ꝙ nō in.c.cū ex eo.de elec.li.vj.q̄ alle.c.ex tua.de fil.psby.⁊ c.j.de renū.li.vj.Et adđ ꝙ dispēsatiōes tāq̄ odiose ⁊ stricti iuris nō sunt ampliande ſz poti⁹ restringende.c.ꝙ dilectio.de cōsan.⁊ affi.c.j.⁊.ij.de fil.psby.in.vj.ꝙ intellige qñ dispēsatio fit ad instātiā alteri⁹ ⁊ ad puatā vtilitatē.secus qñ fieret motu pprio ⁊ ad publicam vtilitatē:quia essent ampliande:vt not.voluit do.Ant.⁊ Mod.post eū in.c.cū in cūctis.§.cū vero.de elec.⁊ vide do.Car.in.c.qꝛ circa.de ɔsan.⁊ affi.vbi vr̄ tenere ɔriū.Et q̄ sint illa que inducunt dispositionē.vide p glos.sum.j.q.vij.⁊ in.c.de multa.⁊ in.c.exposuisti.de preben.⁊ multa pulchra in materia dispensationis.vide p archi.in.c.licet canon.de elec.lib.vj.

d ☞Sbasti. Sapia ¶ Possidere. Vide firma.in trac.de epo.in.j.pte.ij li.q.xxxij.vbi dicit aliq peccata impediūt electionē.aliq nō:⁊ ꝙ cautela est ꝙ eligendi confiteantur peccata ante electionem.

e ¶ Dispēsasse.adde Old.ɔs.cccxxxv.cū quatuor sequētib⁹.ro.ɔs.ccxvj. Zacharias. ¶ Cause cognitionem.⁊ in casibus et permissis matureqz cā discussa:vt no.doc.in.c.at si clerici.de iud.Inn.in.c.veniēs in prin.

g ¶ Indagare. Adde Ro.consi.ccclxxx.

h ☞Sebasti. Sapia. ¶ Presumit scientia. Hoc pbari pōt p regulā ꝙ q nō facit ꝙ facere tenet psumit in dolo.l.si pcuratorē.§.dolo.⁊.l.dol⁹.ff.māda.l.carceri.ff.de cust.reo.⁊ rōnē dicit.d.Abb.in.c.de eo q mit.in poss.qđ si plat⁹ abest ab ecclia i q̄ tenet residere ⁊ marit⁹ ab vxore psumit malitiosa absentia.⁊ dicit bal.in.l.qcūqz.col.j.ī.de ser.fu.ꝙ nō psumit ignorātia de eo ꝙ est notoriū.lz poti⁹ psumit dol⁹.qꝛ scire tenent.

aures.⁊

aures.z.c.nōnulli.§.de rescript.in glo.pe.in fi. ¶ Item no.ex eisdez verbis qꝺ iudex ex officio suo debet repellere non habentem sufficiēs mādatū.ad qꝺ vide glo.op.in.c.j.de elec.lib.vj. ¶ Ultio no.casum in quo vna via ꝓhibitū admittit alia via.nam illegitimus nō potest hic promoueri per viā electionis z tñ suadet via postulatiōis.Cōtra ꝙ facit regula.cū quid vna via ⁊c.de reg.iur lib.vj.z.c.tue de procur.sed solue vt ibi no.nā contraria [a] procedunt qñ aliquid ꝓhibetur attento effectu secus si ꝓhibet attēto modo.nam illegitimus ꝓhibetur ꝓmoueri per viam iustitie:nō autē per viam gratie vt postulatio. ¶ † Quero pone quod electio vel collatio seu ꝓuisio de aliquo facta sit nulla ex aliquo defectu vel crimine:nunquid dispensatio superioris superueniēs sine cōsensu eorū qui elegerūt vel cōtulerūt seu ꝓuiderūt habeat ꝯfirmare seu validare illam electionem seu ꝓuisionē.Et pone exemplū in terminis qui de facili pñt occurrere.cōfirmatio electionis alicuius ꝑsonat⁹ spectat ad inferiorem epo:electores elegerūt patientē defectū in etate.ille ad quē spectabat cōfirmatio cōfirmauit.qui cū nō esset episcopus nō potuit dispensare circa defectum etatis:iuxta.c.vnicum.de etate.z qualita.lib.vj.Quia nullus citra papam dispensat nisi specifice sibi a iure permittatur.Et notanter dicit Inno.in.c.ij.de eo qui fur.or.recepit.dixi plene in.c.at si clerici.§.de adul.de iud.Iste taliter electus z cōfirmatus videns se nō habuisse ingressum per ostium petijt dispēsationem ab epo qui eps dispensauit in terminis illius capituli vnici.nulla de nouo facta electione vel confirmatione nec interuenientib⁹ electoribus z confirmatoribus:q̄rit nunq̄d licite possit iste dispensatus retinere illum personatū ex quo a principio factū fuit nullū.Quidā vt refert hic Inno.sentiunt qꝺ nō.nam in premissa questione distinguūt.ꝙ aut potestas conferendi illā dignitatē seu personatū spectat ad dispēsantem:z tunc valet dispensatio superueniēs quasi dispensando videat de nouo cōferre:sed vbi collatio vel electio nō ꝑtinebat ad istū dispensantem:sed ad aliū:tunc nō valet dispēsatio ad hoc vt iste possit retinere illū personatū nisi consentiant illi quorū est electio vel collatio:quasi sentiant isti quod ex quo electio vel collatio fuit a principio nulla non sufficit sola dispensatio sup̄ioris superueniens nisi sequat nō noua electio vel collatio vel saltē illorū cōsensus:ad quos spectat.Sed Inno. z Host.tenent indistincte valere dispensationē superuenientem:quia dispensatio cōfirmat id ꝙ erat [b] inualidum.tollit enim impedimentuz ꝓpter ꝙ electio vel collatio erat nulla:ergo poterit nūc iste licite obtinere personatū cū bona conscientia.Et cū hac opi.trāsit hic Ioan.an. Io.cal.approbat.istā decisionem qñ electio vel collatio erat nulla ex causa precedēti:vt in exemplo supra posito.Secus dicit ex causa sup̄uenienti puta electus z cōfirmatus seu ꝓuisus per aliquē citra epm cōmisit tale quid propter qꝺ ipso facto fuit priuatus beneficio:eps dispēsat nunc cū isto.Nō em̄ ſm eū sufficit ista dispēsatio facta sine consensu eoꝝ qui habent eligere seu cōfirmare seu prouidere.Quia iam ius eligendi seu ꝓuidendi erat acquisitū illis:ideo propter dispensationez superuenientem non debent illi priuari iure suo.sicut in simili no.in.c.dudū.j.eo.vbi cōcludit qꝺ nō potest dispensari circa personā vni⁹ ex duobus electis in preiudictum alterius cui ius iam erat acquisitum ex inhabilitate alterius.Ad idē facit qꝺ not.glo.in.c.quāuis.de rescri.lib.vj.vbi gl.not.examinat q̄ōnem an eps possit restituere depositū inuito patrono.z hec vltima limitatio mihi placet. ¶ Sed circa dictū Inn.z Host.distinguerez aliter:lz em̄ causa nullitatis precesserit:nō tñ puto ꝙ indistincte dispensatio superueniens sufficiat.Sed dicerē sic ꝙ aut erat tale delictū seu defectus qui nō inducebat nullitatem ipso iure:sz dabat facultatem cassandi:z tunc indubitanter sufficit dispensatio sequens.etiā illis nō vocatis:per ea que no.Inno.in.c.cū nostri.ꝑalleg.z in.c.nisi.de renūtia.aut inducebat nullitatem ipso iure:z si delictū erat illis electoribus notū pōt tolerari dictū Inno.z Hostiē.q2 nō pñt illi allegare nullitatē ex facto eis iam noto.ar.in.c.nulli.de elec.lib.vj.z in c.diuersis fallacijs.prealleg.Debent em̄ primo consensu perseuerare. aut ignorabāt tp̄e electionis seu ꝓuisionis z nō credo dispēsationē superuenientē sufficere sine illorū cōsensu.arg.opti.in.d.c.nulli. † Ubi ptz ꝙ electores pñt impugnare electionē propriā ex facto nouiter eis detecto.z hoc no. ¶ † In glo.j.no.glos.ꝙ superior nō potest inuito electo ipsius electionem cōfirmare.Pro hoc facit q2 ad ꝯtrahendū istud cōiugiū spirituale requirit ꝯsensus eligentiū qui representat ipsam ecclesiam z etiaz electi qui est futurus sponsus.vt in.c.sequē.Sicut em̄ matrimoniū carnale nō pōt cōtrahi sine consensu mulieris z viri.vt in.c.cū locū.z.c.tua.j.de sponsa.ita nec istud cōiugiū spirituale ꝙ cōtrahit inter ecclesiam z electū.Ex hoc infert qꝺ superior nō pōt aliquē cōpellere ad acceptādū prelaturā.Qꝺ an sit verū in papa:vide quod dixi in c.si.de postu.prela.An aūt peccet electus non cōsentiendo electioni de se facte.vide p Io.an.in.c.si electio.j.eo.lib.vj.z ibi ꝯcludit qꝺ sic si nō reperit alius eque idoneus per quē possit dei ecclesie consuli:al's sec⁹. z dic vt latius ibi no. ¶ Io.gl.ij.in fi.no.hāc glo.p decreto electiōis:z in effectu facit duo.Primo querit q̄d debeat ꝯtinere decretū secundū:an istud sit de substantia electionis.Ad primā questionē breuiter dicendum ꝙ decretū est quedam scriptura cōtinens seriem electionis a principio vsqz ad finē.Et fit ista scriptura siue decretū vt appareat formā fuisse seruatā in electione::vt eligētes nō possint ampli⁹ negare quin cōsenserint electioni.Et dr [c] decretū a decerno decernis.qꝺ idem est in ꝓposito qꝺ ordino seu dispono.est ergo decretum dispositio seu ordinatio totius electionis seu ꝯtinens ordinē electionis:z vide de materia ho.gl.in.c.eps.lxj.dist. ¶ † An aūt istud decretū faciat plenā fidē [d] sup cōtētis in eo.tres reperiunt opi.prima Inno.z Compo.dicentiū qꝺ non:sed est potius q̄dam litera testimonialis ſm eos.Mouent principalr duplici motiuo:primo q2 hec scriptura fit super facto capituli:ergo scriptura ista inita p capitulū seu ipsius autoritate nō dz facere plenā fidē:q2 non est credendū scripture alicuius in facto proprio:vt not.in.c.ij.j.de fi.instru.z in.l.exemplo.C.de ꝓbatio.Secunda ratio:q2 iura disponunt vt mittant ad superiorem instructores q habent superiorem instruere sup ordine electionis:vt in.c.nihil.j.eo.z meli⁹ in.c.cupientes.eo.tit.lib.vj.Si em̄ decretū faceret plenā fidē nō esset opus mittere īstructores:quia superfluis remedijs non est vtendū.. ¶ Scḋa fuit opi.Host.dicentis qꝺ prima facie decretū facit fidē nisi denegetur p aduersarios.Nec ob.ꝙ iura mādant instructores destinari:q2 pñt intelligi eo casu quo decretū nō intercessit vel ad maiorē cautelā. ¶ Tertia fuit opi.d.Ant.distinguētis:vtrū decretū fuerit factū p publicā ꝑsonam attestantē oīa fuisse gesta in pñtia sua:z tunc nō apparet rō q̄re huic decreto nō detur fides plena.Aut decretum fuit ꝯfectū manu priuata z tunc procedit prima opi.Et hec tertia opi.mihi satis plz dummodo in tali scriptura interueniant oīa requisita ad substantiā scripture publice vt testiū pñtia z similia. ¶ † An autē [e] iste notarius possit esse laicus [f] in actu electionis.dicā in.c.q2 ꝓpter.j.eo.z plene examinaui materiā.in.c.sicut.j.ne cle.vel mo.vbi examinaui generaliter vtrū sup spūalibus possit laicus cōficere instrm.Et an z qñ clerici notarij possint publicare scripturā:z arbitror ꝙ eo casu quo decretū fit per ꝑsonā publicā qꝺ nō fit de necessitate ꝙ apponat sigillū capituli q2 scriptura publica facit esse fidē absqz alio adminiculo:sz sigillū est necessariū qñ scriptura est priuata.Ad hoc vide singulare dictū Inno.menti semp tenendum in.c.inter dilectos.de fide instru.vbi dicit ꝙ si instrumentū siue priuilegium confectum manu publica habeat sigillū appensum lz perdat sigillum vel destruat nō per hoc corruit fides instrumenti:q2 sufficit autoritas notarij. Intellige qñ scriptura hz oīa signa publicitatis:ideo cautū est vt collationes bñficiorum z similia fiant p manum publicā ne destructo sigillo prelati corruat fides instrumēti. ¶ † Ad secūdā questionē gl.an istud decretū sit de substantia electionis glo.p̄mo recitat quosdam tenere qꝺ non:sed postmodū sentit cōtrariū:q2 hodie publicatio voluntatū est de substantia ⁊c.Sed vt dicit Io.and.z bene glos.in hoc inepte loquitur quia quāuis ea q̄ dicuntur in glo.sint de substātia electionis tanq̄ cōcernētia formam.nō tñ sequitur quod ista scriptura sit de substantia electionis:imo tz Host.qꝺ decretum non sit de substantia electionis.sed satis est ꝙ de ea possit fides aliter fieri.z de hoc vr gloss.in.d.c.eps.lxj.dist.Quidam tñ voluerūt dicere ꝙ decretum est de substantia postulationis z non electionis.Cuius ꝯtrariū probat in.c.osius.§.sz aliud.ea.di. ¶ † In gl.in ỽbo.ꝯiugata.in fi.no.singulariter istam gl.iuncto tex.nam quotidie [g] solet allegari nec habemus super hoc aliquē text.expressum.Ex qua glo.collige ꝙ natus ex soluto z soluta legitimat per sequens matrimonium lz mulier nō esset cōcubina:sed ex furtiuo accessu genuerit filiū z idem sentit glo.in.c.qualis.xxx.q.v.Et hāc opi.secutus est Io.an.hic transit etiā do.An.z Gof.in sum.huius tit.seu de fi.presby.in.§.si quis.Sz Bar.tenet cōtrariū in.l.cōcubinā.ff.de ꝯcu.z idē Pet.de ancha.z dicit se vidisse ꝯsiliū Old.super hoc.Mouentur isti quia iura de hac legitimatione loquentia requirunt ꝙ filius sit natus ex ꝯcubina retenta in domo loco vxoris ex indubitato affectu:vt institut.de nupt.§.aliqñ.z de here.que ab

Sebast.Sapia.
[a] ¶ Nā ꝯria.Uide text.cū ibi not.in l.q̄situ.ff.ꝺ in ius vocā.in.l.aduersus.§.j.ff.de inofic.testā.z q̄ notātur.in.l.scire.§.si mater.ff.de tuto.z curato.da.ab his.

[b] ¶ Qꝺ erat.adꝺ ꝙ Spec.in tit.de lapsis z dispensatis.§.nunc ꝺ eporum.in fi.tz:opin.Inno.z Host.et eādē tz.Gas.cal.ꝯsi.j.de ele.alleg.Spe.sz Ioā.cal.eo loco dicit initiū semp spectandū tñ cōmunior opi.est superior.

Sebasti.Sapia.
[c] ¶ Et dr.vid mo der.i.l.ne quicq̄.§.vbi decretuz.ff.de offi.procon.et leg.in.l.si finita.§.iuli.ff.de dam.infec.

[d] ¶ Plenā fidem.Adde Spe.in ti.de ele.§.j.ỽ.celebrata.vbi late de materia.

Sebasti.Sapia.
[e] ¶ An aūt.Uide no.p Dec.in.c.decernimus.col.ij.j.de iudi.vbi disputat an religiosi z clerici possint esse notarij.

[f] ¶ Laicus.Adde Spec.in tit.de instru.edi.§.viij.ỽs.quid ergo.
Zacharias.

¶ Adꝺ car.mādag.in tract.suo de elec.parte.j.c.xix.eundez in ea.parte.c.xxij.i glo.in ver.secreto.

Sebasti.Sapia.
[g] ¶ Naz quotidie Uide Ang.aret.in.§.fina.instit.de nup.p practicum pap.in for.libel.quo petitur here.ab inte.in glo.in ỽ.nullis Moderñ.in.l.gñali.§.j.C.de insti.z substitut.vide late p Deci.in cōsi.clv.z diligenter.vbi tandē ꝯcludit id quod Abb.hic.

intesta.de fe.§.quibus. Posset addi iudicio meo
hic rõ fortior. Nã natus ex nõ cõcubina sꝫ ex furti
uo accessu nõ potest de iure ostendere patrẽ. Est
eñ vulgo quasi cõceptus: qꝛ nõ subest aliq̃ p̃sum
ptio quare magis dicatur filius istius q̃ alteriꝰ.
arg.l.vulgo ꝯcepti.ff.de sta.homi.ergo nõ dꝫ iste
legitimari per sequẽs matrimoniũ cũ nõ sit indu
bitatus filius. Nã forte ob hanc causaꝫ iura ciui
lia requisiuerũt cõcubinã ad hoc vt proles legiti
metur ex sequẽti matrimonio. Et quanq̃ p̃dicta
multũ vrgeant tñ sequor opi.glo.fauore legitima
tionis ⁊ matrimonij.⁊ per.c.tanta.j.qui fil.sint le
giti.vbi tex.circa istã legitimationem nõ requirit
concubinatũ sed solũ fundat se super fauore ma
trimonij ⁊ requirit dũtaxat ꝙ tpe ꝯceptionis po
terat esse matrimoniũ inter virũ ⁊ mulierem.facit
qꝺ in simili no.ibi: ⁊ in regula sine culpa.de regu.
iur.lib.vj.in mercu. Nam iura ciuilia requirũt ad
hoc vt legitimet̃ proles p̃cedens ꝙ interueniãt in
isto matrimonio instrumenta dotalia: vt instit.de
nupt.in.§.prealleg.⁊ tñ ius canonicum nullam fa
cit mentionem de hmõi instrumentis dotalibus:
sed solum fundat se sup fauore matrimonij. Vñ
sicut nõ curatur de instrumentis dotalibꝰ: ita nec
curandum est de ꝯcubinatu: sed illud solũ sufficit
ad legitimationẽ ꝙ tpe conceptionis poterat esse
matrimonium inter virum ⁊ mulierem.[a] Et ex p̃
dictis iuncta glo.habes bñ notare ꝙ etiã in ma
teria restringibili appellatione legitime[b] nati ve
nit legitimatus per sequens matrimoniũ fingitur
eñ legitime natus. Et ex hoc puto qꝺ talis sic le
gitimatus succedit in feudo paterno.arg.hic iun
cto.c.cũ in cunctis.s̃.eo.de quo vide qꝺ pleniꝰ di
18 xi in.c.tanta.qui fil.sint legi. ¶ † Si aũt matrimo
nium nõ fuisset secutũ: tunc credo quod iste natus
ex furtiuo accessu ad mulierem nõ succedat patri
in aliquo decedentis ab intestato: qꝛ iura dicẽtia
qꝺ filij naturales succedant patri ab intestato in
duabus vncijs nõ extantibus filijs legitimis nec
cõiuge: vt in aut.licet.C.de nat.libe. loquũtur in
natis ex cõcubina retẽta in domo indubitato af
fectu: vt est text.satis bonus ⁊ clarꝰ in aut.quibꝰ
mo.nat.effi.sui.§.si quis aũt defunctus. Et hanc
opi.firmat Jo.an.in addi. Spec.in ti.q fil.sint le
gi.circa prin.vbi dicit ꝙ lꝫ oẽs nati ex soluto ⁊ so
luta appellẽtur ex cõi vsu naturales: tñ ꝓprie na
turales dicunt̃ nati ex cõcubina retenta in domo
loco vxoris. Et facit hoc dictum ad statuta faciẽ
tia mẽtionem de naturalibꝰ tñ. Et ideꝫ videt̃ vo
luisse Spec.in ti.de suc.ab intest.in ver.nũc de na
turalibꝫ.vbi requirit tria primo ꝙ isti sint nati ex
soluto ⁊ soluta.scꝺo qꝺ ex concubina.tertio qꝺ sit
vnica cõcubina. Et hanc opinionẽ firmat gl.in.c.
nisi cũ pridẽ.in ver.mãseres.de renũ.⁊ in.c.per ve
nerabilem.qui fil.sint legi.in verbo: non naturali
bus.⁊ videt̃ de hoc bo.text.in.c.liberi.xxxij.q.iiij.
Quare aũt aliud in hac q̃ne q̃ in p̃cedenti.dic
ꝙ ibi superuenit matrimoniũ vnde fauore matri
monij subsequitur legitimatio. Sꝫ in casu nostro
non superuenit matrimonium: sed solũ loquimur
de facultate succedẽdi: vnde non debemus disce
dere a dispositione iuris ciuilis p̃sertim cũ subsit
cã legitima excludẽdi eos a successione per rõnẽ
19 quã.s̃.allegaui. ¶ † Filij aũt p̃sbyterorũ[c] nõ suc
cedũt patri in aliquo: quia nõ dicunt̃ ꝓprie natu
rales sed spurij: qꝛ p̃sbyteri dicuntur quasi matri
moniũ ꝯtraxisse cũ ecclesijs. Unde dicunt̃ cõmit
tere non simplicem fornicationem sed adulteriũ.
De quo vide gl.no.quã tenebis menti in.d.c.per
venerabilem.in ver.adulterinis.⁊ gl.in.l.ij.C.de
epi.⁊ cle.per Bart.in.l.si gener.ff.de his qui.vt in
dig.per Archi.in.c.eos.xxxij.dist. Itẽ qꝛ concubi
natus in eis est oĩno damnatus: vt.j.de coha.cle.
⁊ mu.p totũ. ¶ In gl.in v̊.innuit nullã esse.i fi.no.
gl iuncto tex.p intellectu istius.c.in cunctis quod
melius declarat̃ hic q̃ ibi: ⁊ tene cõclusionẽ huiꝰ
glo.qꝺ quo ad vtrũqꝫ ille est canon late sñie.sꝫ cla
rius hoc probat̃ in.c.si cõpromissarius.e.c.q̃q̃.j.
20 eo.lib.vj. ¶ † Unũ tñ scias ꝙ si eligit̃ criminosus
occultus electio non est ipso iure nulla sed annul

d landa:[d] vt est tex.no.in.c.inter dilectos.de excessi.pla.⁊ vide qꝺ dixi in
c.super eo.s̃.eo. ¶ In gl.in ver.in scholis.in fi. Not.glos.que quotidie.
solet allegari.qñqꝫ tñ scholares existẽtes in partibꝰ effecti aliqualiter
elati ex prosperitate fortune dicũt alijs scholaribus non noui vos.cõ
21 tra quos glo.arguit in.c.prophetauit.j.q.j. ¶ † In glo.in ver.ignorã
tiam.in fi.no.duo ex ista glo. Primo qꝺ quis presumit̃ scire factũ alte
rius qñ est tale factũ quod tenebat̃ indagare ex officio suo: secus si nõ
tenebat̃ inquirere. Nam tunc presumit̃ ignorãtia de facto alieno: quo
casu debet intelligi regula presumit̃ ignorãtia de regu.iur.lib.vj.et ad
hoc solet allegari quotidie iste tex.iuncta glo. Ex hoc infero ꝙ si prela
tus cõtulit subdito indigno dignitatẽ vel beneficiũ presumit̃ sciuisse
eius indignitatẽ nisi probet ignorantiam: qꝛ tenebatur prius inquire
re de vita ⁊ moribus illius: vt in.c.postq̃.s̃.eo.⁊ in.c.nihil.j.eo.cũ simi.
22 ¶ † Scꝺo no.ꝙ ignorantia[e] põt probari per proprium iuramentum[f]
e Idem no.glo.in.c.nulli.j.eo.lib.vj.⁊ in.c.in electum.xxxiiij.qꝺ.ij. Facit
f tex.in.c.si vero.ij.j.de sentẽ.excom. Quod tñ limitat Pau.in cle.cõsti
tutioneꝫ: de electio.nisi cõiter fuisset ille habitus pro illegitimo seu fa
ma fuisset orta cõtra eum.nam tunc non debet stari iuramento ꝓprio
cũ sit vrgens presumptio ꝯtra eum.quod satis mihi placet.⁊ no.illud
verbum. ¶ Item fm Compost.poterit ꝓbari ignorãtia ꝓbando.qꝺ
electus cõmuniter habebatur pro legitimo ⁊ tanq̃ legitimus funge
batur publicis honoribus. ¶ In gl.pe.in fi.doc.cõmuniter cõcludunt
ꝙ aut canonici elegerunt ante restitutionem factam per papam ⁊ tunc
tenet electio: qꝛ fuit facta ad ecclesiã vacantẽ: nec poterant diuinare ꝙ
papa vellet illũ restituere vel presumere qꝺ papa vellet ipm eligere ex
23 plenitudine potestatis. ¶ † Quia fm Inn.nõ debet papa generaliter
vti plenitudine potestatis: sed ex cã tãtum.quod verbum singulariter
not. Nam cũ iura sint fundata super ratione.j.dist.consuetudo.non de
bet papa recedere a iure ordinato sine cã. Et vide ad hoc qꝺ dixi in.c.
de multa.de prebẽ.⁊ predicta intelligenisi papa apposuisset decretuꝫ
afficiens etiã ignorantes: vt in cle.j.de concessi.preben. Aut papa con
stituit vel elegit anteq̃ canonici elegissent: ⁊ tũc nõ valet electio cano
nicorum quãtũcunqꝫ ignorantiũ: quia reperitur facta ad ecclesiã non
vacantem contra.c.ij.de conces.prebẽ. Et hec questio ꝓcedit presuppo
sito quod dignitas depositi non vacet in curia.de quo dicẽdum.vt le
gi.⁊ not.in.c.ij.de prebẽ.lib.vj. Et an beneficia promoti in curia vacẽt.
vide gloss.in clemen.j.vt lite penden.

1 ¶ Prelatus citra episcopum potest ad aliam prelaturam eligi:
episcopus vero debet postulari.
2 Infirmitas impediens: est cã ne aliquis promoueatur in prelatum.
3 Eligentes nõ possunt in preiudicium electi validitatem illius electio
nis compromittere.5.
4 Electus potest dissentire ante confirmationem sine cõsensu superioris
postea vero non.11.
6 Cõsensus cõtrahẽtiũ sufficit ꝙ interueniat diuerso tpe vnꝰ ab alio.
7 Repulsus ratiõe alicuius capacitatis: an presumat̃ semp in illa inca
pacitate permanere: an onus probandi transferatur in excipientem.
8 Res inter alios acta licet nõ facit plenam fidẽ in alio casu tamen fa
cit presumptionem que transfert onus probandi in aduersarium.
9 Maior pars põt renũtiare honori itroducto in fauorẽ totiꝰ collegij.
10 Matrimonium in statutis intelligitur de carnali non spirituali.

Cum inter canonicos. Electus a maiori par
te capituli si est idoneꝰ ⁊ ꝯsenserit vel cõsentire velit etiaꝫ si
nõ sit de gremio ecclesie refutari nõ põt. Vel aliter sic. Non
possunt electores in p̃iudiciũ electi cõpromittere.sꝫ si ꝯsenserit electiõi sue
vel ꝯsentire velit nõ obstãte laudo in ꝯtriũ lato est cõfirmãdus si aliud
canonicuꝫ sibi nõ obsistat: lꝫ nõ sit de gremio illius ecclesie quãtũcunqꝫ
ob hãc cãm a minori parte fuerit appellatuꝫ. Et in hoc vltimo est iste
tex.multum no. Diuidit̃ nam primo factũ ⁊ partiũ allegationes. Se
cundo ibi: discretioni.diffiniendũ cõmittitur. ¶ Casus literalis. Va
cante ecclesia Saoneñ.canonici ꝯuenerũt simul ad electionem celebrã
dam ⁊ singuli requisiti cõi cõsensu prepositum astensem elegerũt.exce
pto.S.subdiacono q prius appellauit ne dictum prepositũ eligerent
morbo epileptico laborantẽ pro quo alia vice tanq̃ inhabilis fuerat
recusatus: nec ad aliaꝫ ecclesiã dꝫ fieri trãsitus donec reperit̃ idoneꝰ
in ecclesia saoneñ.postmodũ archipresbyter pro parte sua dictus.S.
pro se super questiõe ista in Mediolaneñ.archiepm cõpromiserũt ar
chiep̃s magistrum.G.modiceñ.canonicum eis dedit in epm ⁊ etiã cõ
firmauit. Demũ causa super his ad sedem apostolicã est delata.hec ⁊
alia in p̃ntia pape allegata fuerũt: mandat papa quibusdaꝫ qꝛ cõstat
electionem de preposito predicto a maiori ⁊ saniori parte capituli cele
bratam fuisse publicatam etiam ⁊ subscriptã electionẽ ipsam debeãt
cõfirmare dũmodo dictus p̃positus electioni de se facte ꝯsenserit. Cũ
per mutuũ cõsensum eligentiũ ⁊ electi quasi cõiugale vinculuꝫ sit con
tractum.nisi sufficiẽter sit ostensum eũdem prepositum morbo epilepti
co laborare super quo extitit appellatũ contra ipsum nõ obstante ap
pellatione si qua ex alijs causis superius memoratis fuerit interposi
ta que friuole sunt.nec obstante eo qꝺ post talẽ electionem per archi
epm dꝫ esse factum quãuis a partibus cõpromissum fuerit in eundẽ cũ
electores

a ¶ Et mulierem. Adde qꝺ Ange. cõsi.xxix.vbi late examiat hãc materiã dicit qꝺ determinatio canoni.ꝓcedit i foro ecclesiastico.nõ i cesareo.⁊ ibi vid an succedat i feudo. ⁊ Ro.etiã ꝯsi.ccclxv.ꝯcludit ꝙ nõ succedat.
Sebasti. Sapia.

b ¶ Appellatione legitime. Vide p do. Jas.in.l.si qs a ꝓ emptore.ff.de vsuc.vbi late an legitiatus veniat appellatiõe legitimi. vid Deci.i cõsi.clv.co.iij.vbi ponit ad q̊s effectus legitimatus p subsequẽs mrimoniũ censeat̃ legitimꝰ.⁊ ibi nun qd excludat substitutum.

c ¶ Pbr̃oꝝ. Adde Bart.ꝯsi.xlix. quid de alijs naturalibꝰ ponã in c.p venerabilem. Zacharias.

d ¶ Sed annullãda. Adde Card. mãdago. in sepe alleg.trac.de ele. pte.ij.col.lix.i gl. in ver.periurꝰ.et in v̊.tales.⁊ Feli. i.c.q̃relã.i.iij.col. in p̃n.de iureiur.
Sebasti.Sapia.

e ¶ Qꝺ ignorãtia. vide ang.in.l.plagij criminis accusatio.C.ad le.fla. de plagi.facit regula quaꝫ ponit gl.in.§.sed iste.i.sti.de actio.qꝺ in his q̃ dependent ex voluntate alicuius statur suo iuramento.

¶ Propriũ iuramẽtũ. Addꝺ Ro. cõsi.ccclxxxj.

electores ab electione non potuerunt resilire.⁊ idem est etiã si nõ cõpromiserũt: etiã si dictus ꝑpositus nõdũ electioni facte cõsensit dũtamẽ velit cõsentire: electionẽ illius debeant cõfirmare dũmodo morbo nõ
1 laboret obiecto. Ber. ¶ Not.j.ꝙ ꝑlatus citra epm[a] põt eligi in epm.
a nec est necesse qð postulet̃ tanꝙ dignitati sue alligatus: qꝛ nõ est in vinculo matrimoniali obligat⁹ ideo põt eligi. ad idẽ.c.innotuit.s.eo.⁊.c.si abbatẽ.j.eo.li.vj. ¶ No.ibi: in capitulũ qð electio prelati sit in caplo quãuis tñ sit in choro: vt in.c.cũ nobis.s.eo.⁊ in hoc stãdũ est ꝯsuetudini vt ibi no. ¶ No.ij.ꝙ cõtra noĩatũ põt singularis de ecclesia opponere
2 ne eligatur ⁊ ex iusta causa ad superiorẽ appellare. ¶ †Not.ꝙ patiẽs morbum impedientem morbosum administrare dignitate est ineligibilis. Infirmitas enim impedit promouendum si dubitatur de conua
b lescentia: Nõ tñ repellit iam promotũ: sed debet sibi dari coadiutor[b].
3 j.de cleri.egro.c.tua.⁊ in.c.de rectoribus. ¶ †No.ꝙ canonici non pñt in preiudiciũ electi facere cõpromissum super electione vel validitate electionis iam facte etiam si electionis validitas reuocetur in dubiũ.
4 ¶ †No.ꝙ per consensum electi ⁊ eligentium cõtrahitur spirituale coniugium inter ecclesiam ⁊ electum. Non ergo ad istud vinculũ contrahẽdum necessario requirit̃ cõfirmatio vel consecratio: sed ex solo cõsensu eligentium ⁊ electi cõtrahitur: per confirmationẽ autem subsequẽtem illud vinculũ efficitur ratũ: quia non potest amplius electus renũtiare sine superioris consensu: vt in.c.ij.de translatio.epi. Per consecrationem vero dicitur tale coniugium consummari vt in.c.fina.eod.titu.vbi bo.tex. Unde quemadmodũ inter virum ⁊ vxorem ex solo consensu contrahitur matrimonium carnale: vt in ca.sufficiat.xxvij.q.ĩe.ij.⁊ in.c.fina.de sponsa.duo. Ita dicendum in isto coniugio spirituali: nam canonici eligendo representant ecclesiam: vt in.c. requisisti.⁊.c.re
5 latum.de test. ¶ †Not.ꝙ de necessitate non requiritur ꝙ tẽpore consensus prestiti per electũ eligentes perdurẽt in priori cõsensu. Ex quo eñ semel elegerũt potest electus postea cõsentire: licet electores nũc dissentiant. quia cũ nõ possint de iure dissentire: vt in.c.publicato.j.eo.perinde est ac si ꝑdurarent in priori cõsensu. Et per hũc tex. reprobatur opi. cuiusdã doct. antiqui qui tenuit in hoc ꝯtrariũ dicens de necessitate requiri ne consensus eligentiũ ⁊ electi concurrãt eodẽ tpe. Nec sufficit qð electus cõsentiat eo tpe quo electores dissentiunt. arg.c.si.de ꝓcur.lib.vj. fatebatur tñ ꝙ electores debebant ꝯpelli ad consentiendũ: sed hec opi. euidenter reprobatur hic. Nec obst.c.si.prealle. qꝛ loquitur in eo casu quo is qui primo cõsensit potest dissentire ante consensum per aliaꝫ parteꝫ prestitũ. Sꝫ in casu nostro nõ pñt canonici resilire ex quo semel elegerũt: sunt eñ functi officio eorum. vt plene dixi in.c.pe.de postulat.
6 prela. ¶ †Et faciunt ꝑdicta ad questionẽ nũquid[c] in alijs actibus seu
c gerendis valeat ꝯtractus si partes cõsentiunt diuerso tpe. Et prio pono in matrimonio mulier consensit hodie: demũ elapsis aliquibus diebus ꝯsensit masculus: nunqd matrimoniũ dicatur contractũ. sic etiam põt opponi exẽplũ in alijs pone ꝙ hodie ꝯsensi venditioni de aliq̃ re facta tu nõ consensisti statim sed interiecto tpe: nunqd valeat talis venditio seu emptio. vide ad hoc glo.not.in.l.consensu.ff.de actio.⁊ oblig.⁊ in.l.j.de ꝯtrahẽ.emp.specu.in titu.de sponsa.in.j.col.⁊ vř ibi concludi qð cõtrahentes debent eodẽ tpe consentire. sed cõtrariũ videtur notari per Host.⁊ Jo.an.in.c.dilectus.⁊.c.ex literis.el.ij.de spon. Sentiunt enim ꝙ si is qui primo cõsensit perduret in suo consensu non habet officere ꝙ alterius consensus diuerso tpe interueniat[d]: nam dicunt̃ ꝯsentire.i.simul sentire. qꝛ perseuerando in ꝑmo ꝯsensu dicuntur cõsentire tẽpore ꝯsensus ab alia parte prestiti. Et pro hoc optime facit iste text. hic. nam ꝯtrahit̃ hic matrimonium spirituale lꝫ consensus eligentiuꝫ ⁊ electi nõ interueniat eodem tpe: qꝛ canonici videntur ꝯsentire ex quo nequeũt a priori consensu resilire.⁊ ad idem.c.si.de ꝓcura.lib.vj. ¶ In glo.j.ibi: dicitur esse capitulum vbi maior pars. No. singulariter istaꝫ glos.ꝙ vbicũqꝫ est dissentio inter illos de capitulo super iuribus capitularibus capitulum dicitur esse vbi est maior pars ⁊ tanꝙ capitulũ potest cõstituere procuratorẽ ⁊ alia agere. que pertinent ad dispositionem capituli. Naꝫ in dubio presumitur pro maiori parte donec minor pars ostenderit causam legitimã contra maioreꝫ partẽ: vt in.c.j.de his que fiunt a maio.parte ca.⁊ in.l.ꝙ maior.ff.ad muni.⁊ in.c.apostolica.lvj.dist. Nec obstat si dicat̃ collegiũ cõsistere penes duas partes. vt in.l.nulli.⁊ in.l.plane.ff.qð cuiusqꝫ vniuer. Quia illud procedit dum collegium est in cõgregando: sed postꝙ est ꝯgregatũ ⁊ disceptatio est inter eos dicitur consistere collegiũ penes maiorem partem capituli: vt plene dixi in.c.cum nobis.s.eo. Et not. bene glo.in si.in eo qð dicit quod si procurator est cõstitutus a maiori parte habebit expensas a capitulo licet sit litigium cum singulis de capitulo. Goffre.tñ nititur impugnare hoc dictũ gl. motus quia nõ debet isti prouideri de bonis aduersariorũ. Host. dicit ꝙ regularis debet expensas habere ab ecclesia etiaꝫ lite pendente cum non habeat vnde illas faciat. iuxta illud quod legi.⁊ no.in.c.olim.⁊ in.c.ex parte.j.de accusa. ¶ Secularis autẽ litigabit de suo ⁊ si obtinebit recuperabit expẽsas ab ecclesia ex quo vtiliter gessit negotiũ ecclesie. vt in.c.cũ pro cã.de procur. Si vero succumbit sentiet ipse ⁊ socij damnũ. Aduerte quia hec dicta Hosti. puto procedere nõ in maiori parte capituli: sed in minori parte litigante pro ecclesia. Uñ posset in hac materia sic distigui qð aut litigat maior pars ⁊ habebit

a Zacharias. ¶ Prelatus citra epm. Adde ne te fallat hoc dictum qꝛ est nimis crudum ꝙ abbas exẽptus eligi nõ põt sed postulari a ro.põtifice vt ꝑ Hosti.in.c.cũ venerabilis.j.de ꝯsue. vel etiã vt cõmunior est opi. a legato a latere ⁊ hãc cõeꝫ tenẽt Bar.⁊ Cõpost.i.c.vl.j.de postu. sed tu dic ꝙ etiã eligi põt ꝑ istũ tex. Pro quo est alius text.in ter.in.c.si abbatẽ.eo.ti.lib.vj.et ibi ꝑ archi. Pet.de anchar. Do.⁊ Philip. fran. et dixi.s.in addi.⁊ istuꝫ in.c.bone.lo.ij.in ver. postulat̃.ĩ prin.de postu.prela.

expensas ab ecclesia ex quo litigat pro iuribus ecclesie. vnde presumitur moueri bono zelo.ar.hic. Nã hoc appellatur capitulũ vbi est maior pars licet sit dissentio inter singulares de capitulo ergo debet consequi omnia iura de capitulo.arg.in regula accessorium.de regu.iur.lib.vj. credo tamẽ quod si maior pars capituli fouet iniustam cãm improbabiliter quod satisfaciet dãdo ecclesie de proprio.ar.in.c.de multa de preben.⁊ in.l.non est ignotum.C.de administrat.tutor. sed respectu minoris partis satis potest teneri opinio Hostien.
7 ¶ †In gl.in ver.recusatus.in si.not.ex hac gloss.
e duo. Primo[e] quod sicut semel criminosus presumitur perdurare in eodem crimine nisi probetur
f emẽdatus:[f] vt in regula semel malus.de reg.iur.lib.vj. Ita videtur dicendum in morbo. vt semel morbosus presumatur laborare eodẽ morbo nisi probet se liberatum: ⁊ in hoc tene menti istam gl. nam aliqui tenent contrarium vt statim dicam.
¶ Secundo no.ex glo. quod semel repulsus pretextu morbi non potest amplius eligi nisi probet se liberatum. vnde repulsio facta respectu vnius ecclesie facit fidem quo ad aliam ecclesiã sicut in sententia lata contra electum super crimine. vt in c.super eo.s.eo. ¶ Inno.⁊ Hostien. aliter distinguũt quo ad vtrũqꝫ dictum. dicũt enim aut quis fuit repulsus ex vitio durabili vt puta ꝑpter crimen vel infamiam ⁊ procedit primũ dictum. aut repulsus ex vitio seu defectu nõ durabili: tunc nõ sufficit probare quem fuisse alias repulsum vel morbosum: sed oportet quod probetur eũ de presenti illo morbo laborare.ar.hic vbi papa nõ mãdat inquiri an al's fuisset repulsus licet hoc fuisset obiectum: sed solũ mandat inquiri de existentia morbi. domi. Anto. dicit qð quo ad excipientem non est fundata intẽtio ex eo quod semel fuerat repulsus: quia variata electiõe variatur effectus sñie. vnde excipiẽs habet de nouo probare: ⁊ sic intelligit tex.in medio. sꝫ si al's morbosus petit se vt sanuꝫ admitti: debet probare se liberatũ. vt in si.c. Joan.and. tenuit indistincte quod onus
g probandi incumbit ei qui semel morbosus[g] fuit repulsus.arg.huius tex.in si. Iteꝫ qꝛ presumptio transfert onus ꝓbandi in aduersariũ vt in.c.vnico.vt eccle.benefi.⁊ sic in effectu approbat opi.gl.
h que mihi satis placet.[h] nam ea que nõ mutant̃ solo cursu temporis non presumũtur mutata. vnde sufficit in illis probare qð aliquo tempore extiterunt: sicut dicimus in eo qui semel fuit dominus vel semel possessor. naꝫ semper presumitur dominus vel possessor. nisi probetur cõtrarium. vt leg.⁊ not.in.l.sine possidetis.C.de probatio.⁊ dixi in c.in presentia.eodẽ titu. morbus autem non tollitur solo tractu temporis: ideo ꝑsumitur quis in eodem perdurare. sicut dicim⁹ in furioso. lꝫ enim
i ille sit morbus curabilis tñ semel furiosus[i] semꝑ
k presumitur talis[k] nisi ꝓbetur contrariũ. vt est tex. iuncta glo.in.c.si.de suc.ab intesta.⁊ in.c.indicas.
8 iij.q.ix. ¶ †Nec ob. si dicat̃ ꝙ res inter alios iudicata nõ dꝫ facere fidẽ in alio casu. vt in.c.inter dilectos.de fide instru. quia dico ꝙ lꝫ nõ faciat plenam fidem facit tamẽ presumptionẽ: vt dixi in.c. veniens.ij.de testi. sed sola presumptio sufficit ad

b ¶ Coadiutor. adde late. Oldr. consi.xliiij.
⁂ Sebasti. Sapia.
c ¶ Nunqd. Uide no.in.l.continu⁹.in prin.ff.de ver.obl.in.l.j.in princ.ff.de pact.⁊ dicit Bal.in.l.j.co.antepenult.C.q ad mit.ꝙ vbi requirit̃ ꝯsensus dꝫbet intelligi in ipso actu qꝛ dꝛ consensus q̃si simul sensus. de quo etiaꝫ ꝑ Moder.in.l.si qs mihi bona.§.iussuꝫ.ff.de acq.heredi.
d ¶ Interueniat. Adde frã.de are.ꝯsi.xiij.lapũ alle.lvij. Cal.ꝯsi.v.de sponsa.
⁂ Sebasti. Sapia.
e ¶ Primo. Uide Feli.in.c.j.col.ix.ver. fallit octauo j.de ꝓba.late per And.sicu.in.c.testimoniũ.in glos.in verb.emendatus. vbi ẽt remissiue ꝑ Feli.j.de testi. vide circa hãc regulã Abb.⁊ Feli.in.c.scribam.j.de ꝑsump.⁊ qð si qs ꝑ trieniũ laudabiliter vixit ꝑsumat̃ emẽdat⁹ ponit Jo.de imo.in.c.cũ deputati.j.de iudi.
f ¶ Emendatus. Adde Ro.cõsi.ccxxvj. Zacharias. ¶ Et qs modus est seruãdus ĩ volẽte ꝓbare tex.in c.testimoniuꝫ.de test.⁊ Pet.de ancha.cõsi.xxx. Sed aduerte qð vbi quis per trienniũ stetisset absqꝫ perpetrando flagitium de quo fuit aliquis cõuictus ꝙ absqꝫ alia probatiõe presumitur esse emendatus. not. Bal.⁊ Ang.in auc.de manci.§.ij.
g ¶ Semel morbosus. adde Ro.ꝯsi.ccclxxxvij. vbi ꝯsuluit ꝙ qs semel excõmunicatus semper dꝫ euitari donec legitime probetur absolutio.
h ⁂ Sebast. Sapia. ¶ Satis placet. Uide Bar.in.l.de etate.colũ.pe.ff.de mino.in.l.spadonem.§.qui absolutus.ff.de excu.tuto.
i ¶ Semel.furiosus. Adde Alexan.consi.cxlj.j.lib.
k ⁂ Sebasti. Sapia. ¶ Presumit̃ talis. Uide Moder.in.l.furiosum.C.qui testa.face.pos.⁊ no.in.l.diuus.ff.de offi.ꝑsi.

remouendum promouenduz.arg.in.c.super eo.§.eo.lxxxj.distin.tantis.ꝛ q̃q̃ morbus non sit delictū tñ est defectus:debet enī clare constare de idoneitate promouēdi.vt in.c.cuz nobis.§.eo. ¶ In glo.in ver.nec ad aliā ecclesiā.ibi Tan.dixit ꝛ melius ꝛ hec opi.Tan.cōiter hic allegabat per doc.ꝛ eā approbat cōsuetudo ẜm Hosti.ꝛ teneas illā quicqd postea dixerit Hosti.nam vr clare probari per istuz tex.vbi pa.reputat friuolam exceptionem.† Et ex hoc no.ꝙ maior pars potest renūtiare fauori introducto ad honorem totius collegij. ¶ In glossam in ver.ꝛ confirmauit.ibi:quoniam tanq̃ arbiter elegit:quasi velit gl.dicere ꝙ cū qs hz ius eligendi ꝛ cōfirmandi eodem iure eligēdo vr ɔfirmare.secus si habet iure diuerso puta iure deuoluto et iure proprio vel tanq̃ arbiter ꝛ tāq̃ archieps:qꝛ cū representet duas personas potest separatim illos actus exercere.de hoc vide qđ dixi plenius in.c.cām.§.e.ꝛ quod no.do.de ro.decis.cclv.ꝛ gl.in.c.vt circa.j.eo lib.vj. ¶ In gl.in ver.ꝛ subscriptā.in fi.tenet glo.ꝛ ad istū tex.dic ꝙ papa ponderauit ꝙ electio erat facta ꝛ subscripta ad magis notandā monastātiam canonicorū:sz quo ad impotentiam variandi sufficit sola publicatio scrutinij:vt in.c.publicato.j.e.ꝛ dicit Inno.hoc procedere etiā in electionibus canonicorū vt post publicationē factā nō liceat variare.arg.ij.q.vj.c.ei q.§.nominatiōes.ꝛ in.l.hi q ad ciuilia.C.de appel.ꝛ no.hoc vltimū. ¶ † In gl.ꝛ v̄bo quasi cōiugale.in fi.No.duo ex hac gl.Primo [a] qđ per solum consensum eligentiū ꝛ electi est vere cōtractum matrimoniū spirituale sed qꝛ adhuc nō est ratū id est firmū.tex.vtitur hac dictione quasi.vel dic ẜm doc.qđ ideo dicit quasi:quia ɔiugiū spirituale dicitur ɔtrahi ad instar carnalis:vnde dicitur istud quasi coniugiū:qꝛ verū ꝛ proprium coniugium dicir carnale.istud spūale est quasi cōiugium.ꝛ hoc no.pro statutis facientibus mentionem de coniugio vt intelligātur de carnali ꝛ non de spirituali[b]:qꝛ in statutis verba capiuntur proprie ꝛ non improprie:vt in.c.in nostra.j.de iniur.Ad predicta ꝙ dicatur esse contrarium cōiugiū per cōsensum.vide gl.in.c.quanto.lxiij.dist.q̄ dicit ꝙ per solā electionē acquiritur ius p̄lature ꝛ ius administrandi in habitu sed per confirmationez acquiritur exercitiū.ꝛ idem sentit gloss.in.l.priuatorum.C.de iurisdi.om.iudi. ¶ † Secundo not.ex glos.ꝙ electus potest ante confirmationē renunctiare electioni de se facte quātūcūqz cōsenserit.de quo vide glo.pleniorem in.c.si electio.j.eo.libr.vj. ¶ In glo.in verbo resilire.in fi.dic melius vt dixi in.c.bone.allega.in gloss.quia differentia est inter electionem ꝛ postulationez. ¶ In glo.in verbo nō cōpromiserint:ibi maxime supple:tene gl.quia sicut non possunt electores directe recedere ab electione.vt in.c.publicato.j.eo.ita nec indirecte compromittendo in preiudiciū electi.Nam eo qđ elegerūt functi sunt eorū officio:vt plene dixi in.c.penul.§.de postula.prela.ergo nō possunt cōpromittere in preiudiciū electi. ¶ Extra glo.q̄ritur quid si iste.s.canonicus obtulisset in capitulo probationes super morbo obiecto ꝛ appellasset:nunquid illa oblatio probationis habuisset iustificare appellationē.videtur qđ sic per.c.interposita.j.de appella.Contrarium no.tz hic Inno.dicens contrariū procedere in iudicio.secus aūt qñ oblatio probationis fuit extra iudiciū:qꝛ cum capitulum vtatur iure suo non tener recipere ꝓbationes super exceptionibus oblatis cum nō sit iudex sed pars.Idem dicit Inno.si ep̄o parato alicui cōferre beneficiū:comparet tertius ꝛ opponit ꝙ ille est criminosus offerendo probationem sup criminibus obiectis:nō tenetur ep̄s ante collationem admittere probationē si nō vult.nec probationis oblatio hz iustificare appellationez ꝓpter reiectā ꝓbationem.Quia nō procedit ep̄s in collatiōe vt iudex:sed vt pars vtens iure suo.vñ nō tenet ius suū dimittere ꝓpter exceptionē ꝛ oblatam ꝓbationē.Caueat tñ ne cōferat indigno beneficiuz:qꝛ ex hoc posset puniri.Et idem notauit Inno.in.c.ad dissoluēdū.de despō.impu.ꝛ vide qđ plene dixi in.c.fi.de ꝑsump.Secus si coram cōfirmatore aliquis obijceret ꝛ offerret ꝓbationes.nā tunc appellatio iustificaret ex ꝓbatione oblata ꝛ reiecta.qꝛ cōfirmator procedit vt iudex:vt in.c.fi.j.eo.ti.lib.vj.Unde si post talem appellationē ɔfirmaret nō valeret electio.ꝛ vide ad ꝑdicta qđ dixi in c.cū nobis.§.eo.ꝛ in.d.c.interposita.vbi plene tractaui de effectu istius probationis oblate:ꝛ an ꝛ qñ habeat iustificare appellationem.

1. ☞ Delegatus remittens causam ad delegantem potest prefigere terminum partibus in quo debeant comparere coram delegante.
2. Nobilitas attendit in clericis secularibus secus in religiosis.ꝛ vox nobilium est maioris autoritatis alijs.
3. Allegationes intelligunt tam facti q̃ iuris.
4. Iudex nō debet ferre sententiam cōtra cōtumacem nisi sibi constet de meritis cause:saltem vnius partis si alia est contumax.
5. Sententia lata a iudice minus instructo est ipso iure nulla.
6. Iudex potest iudicare super notorio:lz nō fuerit in actis deductum.
7. Notorium potest appellari postq̃ est conclusum in causa. Notorij appellatione venit notorium facti ꝛ non iuris.
8. Idoneus requiritur quod quis sit tempore quo eligitur:sed si postea efficiatur idoneus non releuat.
9. Dictio pene:fere:quasi ꝛc.diminuit parum de signo vel re cui addit.
10. Electio facta a maiori parte de digno prefertur electioni facte a maiori parte de indigno.
¶ Itē not. ꝙ imperium non deferꝛ ex successione: sed electione: ⁊ olim idem obseruabaꝛ in regnis particularibus: vt no. in c. moyses. viij. q. j. sed hodie ex cōsuetudine deferunꝛ per successionē: vt leg. ⁊ no. in c. lꝫ. j. 16 de voto. ¶ † Quid aūt si deficit successio q2 non reperiꝛ aliquis de illa 17 domo regali vide quod dixi in c. licet. ex suscepto. de fo. cōpe. ¶ † Ultimo. no. ex fine litere. ꝙ duces ⁊ alij principes prestant imperatori iuramentum de fidelitate ⁊ obedientia. ¶ Et quod istud iuramētū pstitutū ratione dignitatis non ligat illo deposito ab illa dignitate. nam depositus censetur mortuus. xvj. q. j. §. ecce. Item dic in ipso deposito vt nō teneaꝛ ex his que gessit legitime ratione dignitatis: non enī obligationes sequunꝛ personam: vt i. l. post mortem. ff. qñ ex fac. tut. quemadmodum nec honores: vt hic. ¶ In glo. in ver. trāstulit ibi: ad Karolū magnum: quidā dicūt ꝙ iste Karolus fuit gallicus ⁊ non germanus. ⁊ iō dicunt ꝙ primo fuit imperiū trāslatū in francos postea in germanos. de quo vide tex. iuncta glo. lxiij. di. in c. ego Ludouicus. ¶ Alij dicunt ꝙ imo fuit iste germanus vel presupposito ꝙ fuerit francus tñ in psonam suam fuit trāslatū imperiū i germanos: vt sic post ipsius mortem imperium veniret in germanos. Illud aūt certum est ꝙ germanis fuit datum imperiū vt hic: ⁊ in c. in die de cōse. di. v. Dicūt tamen hic qdā noua inuestigatione nullo iure probari ꝙ ex sola natione germanorū debeat eligi imperator. Et ad istū tex. ⁊ cōsimiles rñdent ꝙ imperium fuit trāslatū in eos actiue: q2 fuit data principibus alemanie ptās eligendi imperatorē. Uñ non prohibeꝛ qn ipsi possint eligere de alia natione: licet ab olim non fuerit aliquis extra illam nationē electus. Et hanc opi. sensit hic. d. Car. Sed mihi hec opi. nō placet. q2 videꝛ ꝯfundi per istū tex. in eo ꝙ dicit imperiū fuit trāslatū ⁊ germanos in personam magnifici Karoli. Certūqꝫ est ꝙ īperiū fuit trāslatū in Karolum passiue ⁊ non actiue: q2 fuit ipse pmotus in imperatorem. non aūt fuit sibi data ptās eligēdi. Ergo passiue fuit etiā trāslatū imperium in germanos: al's text. non bñ diceret. nā dixisset ꝙ in psonas illoꝝ principū fuit translatū imperiū in germanos: ⁊ not. bñ hāc considerationē. Itē non fuisset imperiū translatū a grecis ẜm primā expositionē cū ẜm eā possent hodie eligi per electores: nec est indecēs vt de certa gēte seu genere personarū debeat eligi psidens. Nā hoc videmus qñqꝫ seruari in dignitatibus ecclesiasticis tā ex priuilegio ꝙ ex cōsuetudine: vt pbaꝛ 18 in c. cum dilectus. de cōsue. ⁊ c. abbate. de ver. sig. † Papa aūt hoc potuit facere ex magna cā tūc cōcurrente: cū possit facere qcqd deus potest. Alias xp̄s non fuisset diligens pr̄ familias si non dimisisset in terra aliquē loco sui qui expedientib9 causis posset oīa facere q ipse xp̄s. ⁊ hanc argumentationē facit Inno. si bñ recolo in c. ad ap'lice. preallég. seu in c. qd super his. de vo. ⁊ vide per eū i. c. q̄to. de iureiur. Hāc etiā regulā firmauit Hosti. in c. quāto. de trāsla. pla. vbi dr ꝙ cū dei et pape idē sit cōsistoriū. ar. in c. romana. de offi. or. lib. vj. oīa potest facere que ipse christus excepto peccato. Sed improprie excipit peccatum: q2 peccatum nō cadit sub potentia imo sub īpotentia. Unde dicim9 ꝙ deus peccare non pōt: nā peccatū potius procedit ex defectu q̄ ex īpotentia. facit qd leg. ⁊ no. xv. q. j. §. j. de pe. dist. ij. §. fina. Intellige tamen ꝙ papa omnia pōt claue discretionis non errante. vt no. Inn. in d. c. q̄to. vide tex. xxiij. q. j. in c. manet. Et precipue predicta sunt vera tenēdo cōem a opi. canonistarū. ꝙ imperator recognoscit imperium a papa[a] iuxta ea que dixi plenius in c. nouit. de iud. Et ꝙ hoc sit verum apertissime pꝫ ex eo ꝙ romani per vim ⁊ oppressionē acqsiuerunt imperiū. Unde qd dicitur. xxiij. q. j. §. j. ꝙ virtutibus acquisiuerunt imperium debet intelligi de virtutibus non theologicis sed politicis: vt ibi not. Preterea isti electores hāc potestatem habuerunt non a populo romano vel ab aliquo imperatore sed a papa: vt hic. Unde hodie pōt imperator suā potestatē legitimare ex autoritate ecclesie. nā de alijs imperatorib9 ante approbationem ecclesie poterat dubitari an cū bona conscientia tenerent imperiū. de quo vide qd no. Inn. i. c. qd super his. i fi. de voto. vbi excusat eos valde debiliter: sed tu vide meli9 p Bal. in l. cūctos popu b los. C. de sum. tri. vbi probat ꝙ imperium est a deo[b] permissiue approbatiue formaliter ⁊ effectiue. ⁊ dic vt ibi. ¶ In gl. in ver. germanos. ibi ipsi habent regimen romane ecclesie ⁊c. intellige gl. de illo regimine de quo habetur. lxiij. di. Adrianus. ⁊ c. seq. Nam imperatori olim prebēti auxilium ecclesie satis oppresse tribuit papa cū consensu cōcilij potestatem eligendi papā ⁊ alios pontifices. Sed illud priuilegiū postea 19 fuit reuocatū cum eo abuteretur: vt patet in §. verū. ea. di. ¶ † Ex quo no. ꝙ priuilegia concessa laicis super spūalibus possunt reuocari per papam: q2 in istis quisqꝫ tenetur obedire summo pontifici: vt not. Inn. in c. inquisitioni. de sen. excō. Si aūt priuilegiū esset tributum super tēporalibus an ⁊ qñ possit reuocari: dic vt plene dixi in c. nouit. de iudi. ⁊ an ex inuestitura laicorū facta vigore priuilegij cōsequatur inuestit9 ius spirituale: dic vt no. Inn. in c. quod sicut. s. e. ¶ In ea. glo. ibi: sicut ⁊ rex schacorum. no. glos. ꝙ apud grecos est nudum nomen imperij. sic ⁊ qlibet in domo sua potest dici imperator seu rex: vt in c. duo ista noia xxiij. q. iiij. Unde Io. an. refert hic fabulam de quodam rurali qui receptauit Richardum regem anglie incognitū: qui in aucupatione sua seu venatione instante discremine tēporis perdiderat exercitū suū: et cum nollet obedire rustico in lotione manuū vel ẜm aliquos cuꝫ rex vellet se preferre illi in mensa dedit illi alapam dicens ꝙ quilibet est rex in domo sua. Quasi dño domus sit obediēdū in domo sua precipiēti: fertur etiam ꝙ rex ad palatiū suū reduct9 fecit rusticū inuitari: vt sic ipsuꝫ nolentē obedire faceret verberari. sed rustic9 sapiens in oībus regi obediuit lauando manus et consimilia faciendo: ⁊ sic rex remāsit frustrat9 in tētiōe sua: ⁊ dr ꝙ multa bona illi ꝯtulit. In ead. gl. ibi est aūt imperator super oēs reges no. gloss. vsqꝫ ad fi. ex qua collige magnā imperatoris ptātem oēs enim potentie regū fluxerūt ab imperio tanq̄ riuuli a flumine: ⁊ de hoc vide plenius per Bal. i. c. j. qs dicaꝛ dux. coll. x. vide etiā gl. no. in c. adrianus. lxiij. di. que dicit ꝙ reges hispanie non recognoscunt imperatorē q2 de faucibus infidelium eruerunt illa regna. De rege Francie ⁊ istis consimilibus: vide quod dixi post gl. ⁊ Inno. in c. per venerabilem. qui fil. sint leg. ⁊ inquantum hec glos. subijcit ꝙ omnia sunt in ptāte imperatoris a intellige quo ad iurisdictionē: nō autē quo ad dominium. Quia dñium de iuregentiū est apud pri b uatas personas. i. d. l. iusgentium. ⁊ in l. ex hoc iure. ff. de iust. ⁊ iur. Nec potest imperator sine causa priuare quē dñio suo: vt not. Innoc. in c. que in ecclesiarum. de consti. ⁊ Bart. in l. fi. C. si contra ius vel vtili. publ. ⁊ Cy. in l. prescriptiōe. C. eo. titulo. ⁊ vide ad materiam quod notat Barto. in proe. ffoꝝ. ⁊ in l. j. in fin. de rei vend. ¶ In glo. in ver. c sacrilegum. ibi: nā ⁊ sacrilegi familia repellitur a sacramētis: intellige prout loquiꝛ qñ. s. ipsa familia est sacrilega: secus dicenduꝫ est in familia alicuius sacrilegi. Naꝫ dūmodo abstineat a sacrilegio non reperiꝛ iure cautum ꝙ debeat repelli a sacramentis ecclesie. nā c. miror. allegatū in glo. nō loquiꝛ de sacramētis sed de obligationib9 vt in odiū dñi ⁊ detestationē criminis non admittatur familia sacrilegi ad obligatiōes. ¶ In gl. in ver. fouere ibi. tunc demū. No. ex hac gl. vbi electores imperij discordāt i pari numero nec sit accessus: ita qd possit maior pars haberi pōt papa eligere vnum ex illis prout sibi libuerit. sicut contingit in patronis discordantibus dispari numero. in c. 20 quod autem. j. de iure pa. † Secundo sentit gloss. ꝙ si electores imperij oēs eligūt scienter indignū ptās prouidendi deuoluitur ad papā qd tamen hic aperte non pbaꝛ. Puto tamen dictū in se verum: q2 ex quo istā ptātē habuerūt a papa debet ad ipsum redire ptās si ea abutunꝛ. ar. in c. gratū. s. de postu. prela. ⁊ facit tex. hic in ar. in versi. nos vtiqꝫ. ¶ In glo. in ver. aduocato carebit. ibi: non pōt esse patronus. glo. loquiꝛ nimis obscure ⁊ rectius dixisset ẜm Inno. ⁊ Phi. ꝙ aduocat9 ecclesie nō est patron9: sed est quasi parēs seu ptector q. d. lꝫ iperator sit aduocat9 ecclesie: non tñ patronus: ⁊ dr aduocat9. i. defensor. iō tex. dicit aduocato ⁊ defensore carebit ⁊c. ¶ In gl. in v. lothari9. in fi. solue hoc ꝯtrariū: vt no. in c. de qbus. xx. di. vbi gl. dat tres solutiones ⁊ vide qd legi. ⁊ not. in c. in 21 causis. j. de re iud. † In glo. in v. publica. ibi: debet esse publica: nō referas gl. ad tex. q2 esset falsa nā electio facta de excōicato est nulla q̄tūcunqꝫ ille sit occulte excōicatus: vt in c. cū dilectus. de consue. ⁊ in c. cū inter. s. e. not. In. in d. c. cū dilectus. ⁊ Io. an. i. c. j. de rescr. li. vj. Et vide qd dixi plene in c. veritatis. d do. ⁊ ꝯtu. vbi tetigit nunqd valeant 22 gesta ab ipso excōicato tolerato. ¶ † In gl. in vs. postulauit. in fi. no. glo. que solet quotidie allegac ri ꝙ petēs absolutionē tacite fateꝛ[c] se excōicatū[d] d ⁊ idē videtur tenere Host. hic ⁊ in c. ij. j. de ordin. cog. Sed Inno. hic ⁊ in prealle. c. ij. tenet ꝯtrariū dicens ꝙ licet fateaꝛ se habere lesam cōscientiā nō tamen fateꝛ p hoc se excōicatū. Videꝛ tenere Archi. i. c. pia. de exce. lib. vj. ⁊ coll. hic. ⁊ facit qd nota. Io. an. in c. exhibita. de homi. ⁊ tenet Spec. in tit. de proba. §. videndum. ver. lꝫ nunqd. vbi ad istum tex. rñdet ꝙ hic denotaꝛ tp̄s in quo recognouit se excōicatū non autem denotatur causa. Quasi dicat ꝙ iste per nuntium recognouit se excōicatum eo tēpore quo petijt absolutionē p nuntiū. Bart. tamē. in l. decē. ff. de ver. obli. tenet opi. huius glo. Sed ꝯtrariam partem puto veriorem: qa solet peti

a ¶ A papa. adde eundē ꝯs. lxxxiiij.

b ¶ Est a deo. Adde late Old. ꝯsil. lxix. et melius in proposito. consil. clxxx. in. iij. colū. circa medium.

c ¶ Fateꝛ. Adde Ro. consi. cclxv. ¶ Adde Bart. in l. j. an si. princi. ff. de no. oper. nū. ⁊ ibi per Mod. quos vide etiam post Bart. in d. l. decē. ⁊ p istā opi. quā tenet hic iste reddiꝛ dubiuꝫ illud qd no. voluit Bal. in l. ij. C. de iur. ann. an. vbi dixit ꝙ p instr̄m legitimationis pbatur quē illegitime natuꝫ q2 dispensatio presupponit veritatem in ꝯtriū: qd reputat no. dignum ⁊ istud dictū sequitur Paul. de ca. in d. l. decem. vbi vide. Alen. d fal. Zacharias. ¶ Tu dic meli9 ꝙ qsp petitionē absolutionis nō videꝛ fateri se eē excōicatū sed bñ conscientiā suaꝫ lesam. itē no. bal. in sua mar. i ver. absolutio. vs. vij. ⁊ Spe. in tit. de pba. §. aij. versi. sed nunquid. Sebasti. Sapia.

d ¶ Se excōicatū. Vide Felin. in c. apostolice. in vlt. no. de excep. vide Cardi. in c. ppendimus. ad fin. de sen. exc. vbi dicit ꝙ pbata absolutione non inferꝛ excōicatio: q2 potuit fieri ad cautelam. vide Ro. in antiqs. de sen. excō. deci. ix.

a zacharias. ¶ Tenet absolutio. Adde Bal. et Alex. in l. post mortē. §. fi. de adop. ⁊ Rot. deci. cccc xxx. incip. si dicamus. inno.

b Anto. Fran. ¶ Reddebat: Ad istā materiā an qs possit venire ↄ iuramētū per eū prestitū absq₃ periurio nō expectata relaxatiōe superioris etiam materia. l. fi. C. de pac. etiam si iuramētū videat esse ↄ bonos mores videē ha benē in. c. debitores. ⁊ in. c. cū contigat. ⁊ in. c. quāto. de iureiu. et in c. q̄uis de pact. li. vj. ⁊ p Bal. ⁊ do. ⁊ legistas in. l. pactū qd dotali. C. de colla. ⁊ per Joan. de imo. in suo. j. ↄsil. vbi examinat materiā pacti de futura successiōe dq̄ l. d. l. fi. C. de pac. ⁊ mihi semp placuit ea opi. ꝙ ob reuerē tiā iuramēti pstiti ex quo etiā videt esse obligatio q̄sita deo non debeat quis ꝓpria autoritate non expectata declaratione superioris nec possit contra venire absque timore periurij, qꝛ cū simus in materia peccati et dubium sit an iuramentum obliget vel non obliget: an sit seruādū vel non seruanduȝ et an illi sine piurio possit ↄuenire sed sit expectanda superioris autoritas qꝛ in dubijs semp tutior pars est eligēda. vt i. c. iuuenis. de spō. et in. c. ad audiētiā. de homi. et in. l. q̄ties. ff. de reb. du. ⁊ in. l. ea. in. §. j. ff. de reg. iur. ⁊ in regula inspicimus de reg. iur. in. vj. ⁊ alibi dicit ꝙ ratione dubij melius est aliquid superfluum facere q̄ nihil facere: aut aliquid omittere: vt in. c. quiescamus. xlij. di. ⁊ in. c. corripiat. q. iij.

ad cautelā ⁊ bonarū mentiū est timere culpaȝ: vt in. c. ij. de obse. ieiu. ⁊ vide quod dixi i. c. ij. prealle.

23 ¶ † Et no. ex p̄dictis iūcto text. ꝙ p nuntiū potest qs absolui: quidā ↄtrā p id qd leg. ⁊ no. i. c. cuȝ. de sideres. ⁊. c. a nobis. de sen. exc. Abb. dicit ꝙ licet qs nō debeat absolui p nūtiū si tñ absoluit tenet absolutio[a] ⁊ not. hoc dictuȝ qꝛ satis plȝ. Et dic ꝙ iste tex. nō ꝓbat ꝙ iste fuerit absolutus p nuntium sed petebat absulutionem p nūtiū. An aūt p lraſ qs possit absolui: vide bonum tex. iuncta glo. ij. q. v. quāto.

24 ¶ † In glo. in ver. illicitū. ibi: sed illa lex loquitur in hereditaria ⁊c. ex his q̄ hic allegātur in glo. istud iuramentum reddebat[b] dubiū. nā quatenus erat de futura successione: qꝛ iurauerat obedire nepoti suo vt regi ⁊ imperatori futuro viuēte adhuc iperatore videbat iuramētū illicitū: vt in. l. fi. C. de pac. ⁊ no. istā glo. qꝛ illa lex nō facit mētionē de iuramēto: sed solū dicit pactū nō valere cōtra bonos mores: sed Bar. in. l. stipulatio hoc mō cōcepta. ff. de ver. ob. ⁊ aliqui doc. in. d. l. fin. tenent ⁊ bñ etiam iuramētuȝ nō valere: vt in regula non est obligatorium. de reg. iu. li. vj. Sed in ↄtrā faciebat ꝙ voluntas imperatoris viuentis intercesserat in hoc seu in obligatiōe: ⁊ pactū valet de futura successione cōsentiēte de cuius successiōe agitur[c] eo tamen perdurāte in cōsensu vsque ad mortem: vt dicit text. in. d. l. Sed ille consensus imperatoris nō videbat ↄ valere: qꝛ nō agebat hic de re sua cū imperiū deferat ex electione ⁊ non ex successione vt hic. Merito dicit hic papa ꝙ in tali dubio nō debuit iste dux venire ꝓpria autoritate ↄ illud iuramentū: sed debuit ↄsulere romanū pontificē: ⁊ sic intellige ⁊ limita gl. seq. i p̄nci. quāno, in eo qd facit tria mēbra ꝙ aut iuramētum est oīno licitū ⁊ tūc est obseruandū: vt. j. de iureiu. per totū. Aut est illicituȝ ⁊ hoc cōstat: ⁊ tūc ꝓpria autoritate pōt quis venire ↄ: vt. xxij. qō. iij. quasi per totū. Aut dubitat an sit licitū vel ne. ⁊ recurrendū est ad superiorem: vt hic. ⁊ ideȝ voluit hic Inno. qui tamē vltra dixit ꝙ si iuramētū potest seruari sine interitu salutis eterne: lȝ sit temerarium ⁊ perniciosum exemplo: debet tñ superior prius adiri ar. c. cū quidā. de iureiur. ⁊ hic. Si autem est temerarium nō autē exēplo perniciosum ⁊ tunc debet seruari. arg. c. debitores. de iureiurā. Et subijcit no. verbum ⁊ menti tenedum ꝙ nedum in temerarijs iuramētis: sed etiam in licitis et honestis pōt quis venire ↄ propria autoritate instāte necessitate si superior non pōt adiri. xj. q. iij. antecessor. Ita putat ipse imminente necessitate vel magna vtilitate spūali. Sed hoc vltimū nō placet Hostiē. qꝛ propter vtilitatē[d] nō est periuriū ↄmittendum. nō eñ debet admitti malū ꝓpter bonū qd inde sequitur vt in. c. non magna. j. ne cle. vel mo. Sed. d. Car. placet dictuȝ Inno. qꝛ magna vtilitas comparatur necessitati: vt no. Inn. in. c. cū oēs. de consti. ⁊ mihi placet hoc dictū qñ imminet talis vtilitas p qua superior ipsuȝ vero sitr si potuisset adiri absoluisset a iuramento. facit. l. tutor qui repertorium. ff. de adminst. tuto. xvij. que. iiij. nullus.

25 ¶ † In glo. fi. no. glo. iūcto text. ꝙ iurans obdire regi vel alteri principi intelligit eo remanente in principatu. vñ iuramentū non ligat eo priuato.

26 ¶ † Extra glo. queritur nunquid electus in imparatorē possit illico administrare anteq̄ coronet vt approbetur. Sol. olim erāt varie opi.[e] sed hodie receptū est ↄsuetudine vt statiȝ administraret. Et si plures sunt electi i discordia qlibet administrat sed validitas gestorū dependet[f] a futuro euentu de quo vide glo. in cle. romani. prealleg. que circa istaȝ materiam ponit plura notāda.

27 ¶ † Vltimo hic queritur nunquid possit contra coronandum excipi ad effectum differendi coronationem[g] donec exceptiones fuerint examinate. Innoc. sentit hic ꝙ sic. nam sicut pōt examinare electum añ coronationem: vt hic. ita debet admitti exceptio: cū coronatio sit quedam cōfirmatio quam etiam precedit manus impositio: qꝛ debet vngi ⁊ consecrari vt in litera: ergo debēt prius admitti exceptiones probabiles sicut contra epm consecrandum. vt in. c. super his. de accu. Et hec opi. placet mihi licet quidam dicant hoc iure nō probari. idē dic contra abbatem benedicendum: vt not. doct. hic. ⁊ probatur. j. de accu. in. c. meminimus.

1 ☞ Absentes sunt vocandi in electionibus fiendis ⁊ sunt vocandi per nuntium vel literas: ⁊ non sufficit sonus cāpane qñ sunt in prouincia. 3.

2 Maior pars intelligitur numero ⁊ autoritate: et ista copulatiue requiruntur.

4 Extensio de casu ad casum nō debet fieri nisi militet omnimoda ratio.

5 Consuetudo an ⁊ quādo valeat vt omni casu absentes vocentur vel non vocentur.

Coram. Absentes ad electiones de prouincia sunt vocandi ⁊ confirmatur electio maioris ⁊ sanioris partis. In prima ponit decisa narratio. In secunda prouisio ibi: si vero. Et pone casum qd celebratis duab⁹ electiōib⁹ in discordia papa commisit illas decidēdas: prout

c ¶ Agitur. Adde Pet. de ancha. consil. cccciiij.

d Sebasti. Sapia. ¶ Propter vtilitatē. An ⁊ qñ magna vtilitas equiparetur necessitati. vide per Feli. in. c. cum super. in princ. de teste. cog. ⁊ eundem in. c. cū accessissent colū. x. de constitu.

e ¶ Varie opi. Add videndū late Old. ↄsi. clxxx. vbi multa allega. p ⁊ ↄ.

f ¶ Dependet. Adde Old. consi. xxij.

g Zacharias. ¶ Coronationē add q̄ dixi. s. isto. c. i apo. iv. ad ipiū. n. vij. Anto. Fran. ¶ Ad istū passum an impator ante coronationē habeat plenitudinē ptātis impialis cum nō dicatur impator sed rex romanorum. vide Barto. in extrauagan. ad reprimē. in ver. reges. ⁊ glo. in. c. legimus. xciij. dist. ⁊ per Alber. de rosa. in. l. bñ a zenone. C. de quadri. prescrip. ⁊ vide gl. in. c. indēnitatibus. de elec. lib. vj. ⁊ habet p Joā. and. in addi. Spec. in ti. de rescrip. presenta. §. fi. in versi. item ꝙ obtentuȝ ⁊ an imperator ante coronationem suā recipiat aliquē sacrū ordinē ⁊ quē vide etiaȝ Bal. in rub. prima. C. ⁊ vide Joan. and. in. c. ij. de prebē. li. vj. vbi dicit ꝙ ex noīatione nullū recipit ordinē. de quo etiā p Spec. in tit. de lega. C. nunc ostēdēdū. ver. xxxix. ⁊ a quo processerit imperium. vide Bald. in. l. j. C. de summa trini. ⁊ Bart. in. l. j. ff. de requiren. reis allegat p. l. bene a zenone. ⁊ vide Bar. in dicta extrauagā. ad reprimendum. in princi. vbi videtur velle ꝙ processerit a deo ⁊ habet per Jacob. alua, conciuem meū in ti. quis dicat dux marchio vel comes. in prin. ⁊ in ti. de pace iura. fir. in vsi. feu. ⁊ hodie hoc videtur esse expeditum in extrauag. Bonifacij que incipit vnam sanctā. ⁊ habetur in. c. causam. el. ij qui fil. sint legi. ⁊ in. c. qm̄. x. dist. ⁊ vtrum oēs reges de iure subsint impio. vide gl. vij. qō. j. c. in apibus. que dixit ꝙ sic. ⁊ glos. in. ca. adrianus. lxiij. dist. que dicit regem Frācie ⁊ Hispanie subesse imperatori: ⁊ habetur per do. Cardi. in cle. romani. de iureiurā. in. x. opp. ⁊ pro imperatore est notabilis glo. cle. pastoralis. in verbo ⁊ illud. de re iudi. que dicit ꝙ imperator fundat intentionem suaȝ in toto orbe de iure cōi cū dicatur esse dominus totius orbis vt in. d. l. bñ a zenone. ⁊ i. l. deprecatio. ff. ad. l. rhodiam de iac. ⁊ habetur p glos. in. c. cōuenior. xxiij. q. viij. ⁊ p Bald. in d. l. j. C. d sum. tri. tamen ꝙ rex frācie non subsit imperatori videtur tex. in. c. per venerabilem. qui filij sint legi. et plura circa coronationeȝ imperatoris. ponit idē Alua. in prealle. c. j. qs dicat dux marc. vel comes. ⁊ add glo. in. c. ius. quiritum. j. dist. q̄ dixit ꝙ qui nō vult subesse imperio romano pdit ius succedendi: ⁊ alibi dixit text. in. l. ij. C. de cri. sacrile. quod disputare de eo quod facit imperator est sacrilegiuȝ. ⁊ vide tex. in autē. vt omnes obe. indi. prouinciarum. §. ⁊ hoc considerantes col. v. vbi dicitur quod imperator habet vniuersalem iurisdictionem ab ascendente vsq₃ ad descēdentem solem ⁊ ab vtroq₃ latere. s. meridiei ⁊ septētrionis ⁊ in omnib⁹ insulis que vsq₃ ad oceani recessus extenduntur vt in aut. vt ecclia romana in. §. quod igitur. ⁊ an sit dare aliquam ciuitatem liberā ab imperio. vide que habentur per Jaco. de are. ⁊ doct. in. l. omnes populi. ff. de iusti. ⁊ iure. ⁊ in lege nō dubito. ⁊ in. l. hostes. ff. de capti. ⁊ dixit Cy. in lege donationes quas. C. de dona. inter vi. ⁊ vxo. ⁊ Bart. in. l. quidam cōsulebant. ff. de re iudi. quod oēs qui recognoscunt superiorem dicuntur habere potestatem imperialem. ⁊ alibi dicitur quod regnum italicum ⁊ germanicum dicitur esse imperatoris proprie: vt in cap. fina. de probibi. feu. alien. per Fede. in. §. firmiter. ⁊ in titu. de pace tenen. in p̄n. ⁊ in tit. hic finitur lex deinde incipiunt consuetudines regni. Et adde ꝙ imperatori nihil imponi potest dummodo sit catholicus. vt not. Bar. in lege barbarius. in ver. ⁊ iuxta. ff. de offi. preto. ⁊ imperator potest nobilitare quem vult ⁊ conferre honorem cui vult ⁊ ei sic faciēti est obtēperandum: vt in lege sacrilegij. ⁊ ibi Baldus. not. C. de diuer. prescriptioni. ⁊ vtrum imperator possit reuocare donationem factam ecclesie no. gloss. in autenti. quomodo opor. epis. in princi. ⁊ no. in. l. nō. ambigitur. ff. de legi. ⁊ no. Hosti. in summa de immu. eccle. in. §. quantū. ⁊ no. in. c. ego Ludouicus. lxiij. dist. ⁊ not. Jo. an. in. d. cle. romani. Et vtrum imperator posset mihi auferre meum. habetur in. l. ij. in. §. si qs a principe. ff. ne qd in lo. publ. ⁊ in. l. fi. ff. de pig. act. ⁊ per. Cyn. in. l. rescripta. in iiij. quest. de preci. impe. offe. ⁊ p Bart. in. l. fin. C. si ↄtra ius vel vti. pub.

de iure

de iure fuerit.⁊ si cõtingeret de iure vtramq; cassari papa mãdauit electionez celebrari de nouo prout habetur in litera. ¶ No. primo ibi: tituli sancte prudentiane. qd presbyter cardinalis nũcupatur per titulũ suum. Quid de episcopo ⁊ diacono dixi plene in.c.ex gestis.de cler.nõ residẽ. 1 ¶ †No.ij.ibi ꝯuocatis. ꝙ vbi aliqui ex electorib⁹ sunt absentes nõ sufficit cõgregare capitulũ per sonũ cãpane: sed debẽt absentes cõuocari per nuntiũ aut literas. Alias electio videt eis cõtẽptis facta ⁊ ipsis prosequẽtibus cõtẽptũ venit irritãda. vt.j.c.proxi.⁊.s.eo.qd sicut. ⁊ in.c.cũ inter vniuersas. Si aũt oẽs essent presentes sufficit congregatio per sonũ campane si hoc est de more in illo loco sic ĩtellige.c.in causis.s.eo.vbi tetigi. ¶ †No.ibi: fratribus.qd oẽs clerici eiusdẽ collegij possunt dici fratres propter dilectionẽ ⁊ charitatẽ que magis dꝫ affluere inter eos ꝙ inter alios.de quo vide qd not.in.c.ad mensam.xj.q.iij.
2 ¶ †No.ibi: maiori ⁊ saniori[a] parti. ꝙ nõ sufficit aliquid esse gestũ a
a saniori parte vniuersitatis nisi etiã illa pars sit maior in numero. Requiruntur ergo duo copulatiue ad validitatẽ gestorũ. idem videt innuere
3 tex.in.c.qꝛ propter.j.eo.⁊ in.c.j.de his q̃ fiunt a ma.par.cap. ¶ †In gl. j.ex hac glo. habes tres intellectus ad literã. Primus est vt hic ponat regula circa vocationẽ absentium vt existentes in prouincia sint om̃es vocãdi: secus si extra prouinciã.⁊ ſm hũc intellectũ. hec decre. determinat ⁊ declarat.c.qꝛ ꝑpter.j.eo. Ubi dicit ꝙ oẽs sunt vocãdi ad electionem: qui cõmode vocari possunt.⁊ illi dicunt cõmode posse vocari qui degũt in eadẽ prouincia. Scõs intellectus est vt potius illud.c.qꝛ propter. determinet ⁊ restringat istud.c.ꝙ ecõtra vt sic sit sensus ꝙ existentes in prouincia sunt vocãdi scꝫ si cõmode vocari possunt. vt in.d.ca.qꝛ propter. Unde nõ est curandũ an aliq electores sint in prouincia vel extra. sed illud solũ dꝫ inspici an cõmode vocari possunt. Nã possibile est ꝙ qñq; quis est in alia prouincia: tñ vicinior erit ecclesie de cui⁹ electione agit ꝙ alius q erit absens in eadẽ prouincia forte multũ lõga ⁊ lata. Et potius dꝫ attendi mens legis ꝙ eius verba. vt in.c.intelligẽtia.⁊ in.c.propterea.de verb.signi.⁊ regula fi.de reg.iur.lib.vj. Terti⁹ intellectus quasi precedẽti cõformis. ꝙ de iure nõ dꝫ haberi cõsideratio ad ꝓuinciã: sed solũ vtrũ cõmode possint absentes vocari. Et ad istũ text. respon.gl. ꝙ loquit ſm specialẽ consuetudinẽ illius loci.⁊ sic valet consuetudo vt oẽs de ꝓuicia vocent: lꝫ de facili nõ possint oẽs commode vocari. Et ꝑ hoc vltimo intellectu optime facit tex.in.c.in genesi.j.e.in fi. vbi valebat cõsuetudo vt oẽs de regno Francie vocarent: cũ tñ illud sit amplissimũ regnũ. Hic sunt duo principalr examinãda. ꝑmo quid dicẽdum de iure cõi. scdo nunquid indifferẽter in hac vocatione valeat cõsuetudo. ¶ Circa primuz mihi placet scõs intellectus vt illi debeãt vocari qui cõmode vocari possint ꝑ illud.c.qꝛ ꝑpter. Nam hec opi. seu lec. est equa ⁊ ecclesie vtilis. nã posset prouincia esse multũ lõga ⁊ lata,
b ita ꝙ sine magno ecclesie incommodo nõ possent absentes expectari[b]
c Qñ aũt dicant ꝯmode posse vocari[c] dic ꝙ nõ põt dari certa regula: sꝫ bonus iudex arbitrabitur ſm pericula imminẽtia ⁊ discrimina viax. Nã forte si cito nõ fieret electio ĩmineret periculũ schismatis seu intrusionis vl' abusus laice potestatis vel qd simile vel propter guerras imminẽtes nõ põt fieri de facili vocatio. pro hoc.c.de causis.de of.deleg. ⁊.l.j.ff.de iur.delib. Et is ad quẽ spectat confirmatio electionis erit idoneus iudex sup hoc dubio: arg.in.c.fi.j.eo.ti.lib.vj.⁊ ad istum text.dic. qd pape fuit hoc visum ꝙ oẽs de prouincia possunt cõmode vocari ideo mandauit oẽs illos conuocandos. non eñ posuit hic papa regulam generalem nec debet extendi iste text. indifferenter ad alias ecclesias cum in alijs nõ concurrat eadem ratio: cum alie prouincie possint
4 esse latiores ⁊ breuiores. †Et ius nõ debet extendi de casu ad casuz nisi militet eadem ⁊ omnimoda ratio. vt in.c.translato.de constit. cum ibi no.⁊ in.l.non possunt.ff.de legi.⁊ istum puto verum intellectum huius capit. Per hoc cessat questio quam faciunt hic doc. querentes de qua prouincia intelligat iste tex.⁊ dicunt ꝙ de vsuali.id est ſm ꝙ vsu ⁊ cõmuniter appellant prouincie vt tuscia lombardia ⁊ similes. Non autẽ debet intelligi ſm qd habet.vj.q.iij.scitote. vbi dicit ꝙ illa est prouin
d cia[d] que hꝫ vnũ regẽ ⁊ vnũ metropolitanũ. nã multe hodie appellantur prouincie vsu que nõ habent episcopos. Sꝫ vt dixi ista difficultas cessat tenendo intellectũ ꝑmissum. nam hic papa retulit se ad istaz pro
5 uinciã certã nec dedit regulã quo ad alias prouincias. ¶ †Quo ad secundam questionẽ dixerunt quidam ꝙ consuetudo valeat ſm quã remoto loco absentes sunt vocãdi respectu distantie vocationis. Sꝫ nõ valet vt absentes nullo modo vocent: sed hoc dictum non placet hic Joan.and.arg.in.c.cum in ecclesijs.de preben.lib.vj. vbi tex. approbat consuetudinẽ vt absentes nullo modo vocent. Et ꝙꝙ ille text. non loquatur in electionibus prelatorũ: sed in collationibus prebendarum ⁊ canonicatuũ. Tamẽ eadẽ ratio est in electionibus prelatorũ nã de iure absentes debent vocari in receptionibus canonicorũ sicut in electionibus prelatorũ vt ibi. Sicut ergo valet cõsuetudo in illo casu: ita debet valere in casu nostro. Preterea videmus ꝙ cõsuetudo potest in totum deferre alicuius eligendi ⁊ priuare veros electores. vt in.c.cum dilectus.de consue.⁊ in.c.cum ecclesia sutrina.de causa pos.⁊ proprieta. ita ⁊ fortius debet esse potens ad restringendum ius eligendi competens respectu vocationis fiende. Et hanc partẽ tenet glo.in.d.c.cuz in ecclesijs quã no.⁊ fuit de mente huius gl. Facit in simili quod leg.⁊ no. in.c.iij.de cõsue.lib.vj. nã hec ꝯsuetudo potest esse ecclesie vtilis propter faciliorẽ expeditionem. sicut valet consuetudo cõtra ius cõmune vt episcopus nõ teneatur requirere canonicorum consiliũ vt in.d.cap.iij. Aut habet cõsuetudo vt absentes omnino vocentur ad electionẽ.⁊ puto illam valere dũmodo nimiũ non tendat ad damnum ecclesie. Nam si haberet vt etiã cum incõmoditate deberent absentes vocari nõ putarem illam consuetudinem valere: quia non valet consuetudo ecclesijs grauosa vel saltem est tollenda. vt in.c.j.de cõsuetu. Secus si haberet vt cum parua incõmoditate deberent vocari quo casu intelligerem istaz gl.⁊ tex.in dicto.c.in genesi.in fi. vt sic parua incõmoditas tolleret ratiõe cõsuetudinis propter auctoritatem ipsius consuetudinis. vt.s.de consuet.c.fi. Et hac etiã ratione puto valere consuetudinez vt in oĩbus actibus debeãt vocari absẽtes maxime in alienatione rei ecclesiastice. Naz de iure absentes non sunt vocandi in alienatione: vt est tex. sing.in aut.hoc ius porrectũ.C.de sacrosan.eccle. canonizata.xij.q.ij.in.§.hoc ius.⁊ ibi gl.q̃ hoc tenet. Et vide per gl.in.d.c.cum in ecclesijs.⁊ glo.in c.fi.j.de maio.⁊ obe.in verbo: presentiã.⁊ ad materiam vide quod dixi.c.cum omnes.de constitu.

1 Contemptus vnius facit qd cassetur electio ab oĩbus facta: nõ tamẽ est ipso iure nulla.4.8.
2 Egrotus licet nõ possit euadere: tamen nõ debet de ei⁹ dignitate vel bonis aliquid fieri anteꝙ actualiter moriatur ⁊ sepeliatur.11.12.
3 Absens causa studiorum debet vocari ad actus celebrandos a capitulo.
5 Electio alicuius cassata ꝑpter cõtemptuz potest iterum fieri de illomet ⁊ ab eisdem.9.
6 Cõtẽptus vnius plus operat ꝙ ꝯdictio pluriuz.
7 Citatio minus legitima non arctat citatum.14.
10 Absentes in quibus casibus sunt vocandi.
Cõciliũ dꝫ adunari cũ solẽnitate: al's nil ageret.
11 Actus fact⁹ an ruat si de honestate nõ erat fiẽd⁹.
13 Electio quesita per ambitionem an retractetur.

1 Bone memorie. †Cassatur electio partis maioris ꝯtẽpta minori parte etiã si est vnus solus. Nõ tamen ius eligendi deuoluitur ad minorẽ. h.d. ſm vnuz intellectum cõmunẽ. In prima ponitur decisa facti narratio. In secunda diffinitio ibi: cõstituto. in qua duo facit. Primo cassat electionem secundam exprimens quare: et ponit antipophoram. Secundo cassat primam ibi: electionem autem. ¶ Casus literalis. Episcopo cremoneñ. in extremis agente cum desperaretur de vita ipsius capitulum ipsius ecclesie citauit quendam canonicuz[c] suum in ciuitate regia in studio commorantem vt ad certum terminum veniret pro electione futuri pastoris: dicto canonico non veniente ad terminũ sibi datum ⁊ episcopo elapso termino viaz vniuerse carnis ingresso: antequam corpus ipsi⁹ traderetur sepulture absente predicto canonico capitulum contulit potestatem eligendi quibusdam canonicis ecclesie sue ⁊ post mortem episcopi ⁊ ante sepulturam ipsius ceperunt tractare de electione pastoris.⁊ quidam ex illis maior pars[d] conuenerunt in archipresbyterum ipsius ecclesie alij in archidiaconũ suum. eo vero sepulto minor pars cõsensit maiori: et sic dictus archipresbyter post sepulturam ab oĩbus est electus. cui electioni dicti archipresbyteri archidiacon⁹ ⁊ capitulũ consenserunt. post moduz vero superuenit dictus canonicus asserens se fuisse cõtemptum. propter quod electio non valebat: credens ad se potestatem deuolutam eligendi: predictum archidiaconum elegit. propter electiones dictus canonicus pro se et quibusdam alijs ad sedem apostolicaz accessit. papa vero de meritis istoruz cognito electionem archidiaconi celebratam post electionẽ archipresbyteri nõ cassatam cassauit: qꝛ non debuit ad secundaz procedere ante cassationẽ prioris in penam interdicens dicto canonico vocẽ cõtradictionis in primo consensu capitulo perdurã-

Zacharias.
a ¶ Maiori ⁊ saniori. Addõ ad hoc Ja.rebu.i.d.l.nominationum nu.iiij.⁊ in addi ⁊ ibi in quib⁹ reb⁹ maior pars sufficiat ⁊ qualiter capiat illa maior ps.C.de decurioni.libr.x. Anto.Francis.
¶ Que dicatur maior ps in qb⁹ casib⁹ ⁊ quõ cõsideraf maior ps an respectu numeri: an alio respectu. vide q̃ habent ꝑ Bar.⁊ docto.i.l.maiorẽ.ff.de pac.⁊ i.l.ꝙ maior.ff.ad muni.
b ¶ Expectari ad de Old.consi.ccl.ix.ij.libro.
Zacharias.
¶ Adde Alex. cõsil.ccxviij.in fi. lib.ij. Et dñ alle. in apostil. Oldr. cõsil.cclix.dic qd voluit dixisse cõsilio.cclviij.⁊ eundem cõsi.cliij. Federi.de sen.consi. lxxxviij.in fine.et his adde qd not. in apost.ad istuz in.c.cuz dilecti.in apost.in vsi. sine magno ꝑiudicio num.vj.s.eo.tit.
Sebast. Sapia.
c ¶ Uocari Uide firma. i tractatu de episco.li.j.i.iij. parte.qd.vij. vbi dicit qd absentes etiã extra prouinciaz sunt citandi si commode citari possunt.
Sebasti. Sapia.
d ¶ Prouincia. vide Bart.in extrauagan.qui sint rebelles.in versi.lõbardie. Car.Flo. in cle.dudũ: ver. extra ciuitates. i j.qd.de sepul. vbi ponit vñ dicit ꝓuincia ⁊ quot modis dicat prouincia ponit Joan. de Imol.in.c.pe. col.vj.de testib⁹. vide remissiue ꝑ Feli.in.c.rodulphus.co.xiij. vsi ceterũ.s.d rescri

a Zacharias. ¶ Nõ est ipso iure nulla Adde Card. manda. in tract. suo de electio. in. j. parte. c. xxxij. ⁊ in glo. in ver. vitiosam. Fede. de se. consil. ccxxvij. ⁊ cõsi. cxiiij. Old. consi. lxx. ⁊ nouissime ꝑ Fely. in. c. cũ bertold⁹ col. iij. versi. limita. vt. j. de re iudi.

b ¶ Legitime. Adde quod Ro. consi. ccccx. dicit ꝙ illegitima citatio q̄ peruenit in notitiam citati ita arctat sicut legitima ꝑ cle. causam de electi.

↔ Sebast. Sapia.

c ¶ Nullũ ius. Ex his colligit̃ quomodo ꝓcedat ꝓdicta regl'a ꝙ paria sunt aliquid facere tp̃e habili vel inhabili. ⁊ cõferre intẽpus habile de quo vide etiam Bart. in. l. alia. §. eleganter. ff. solu. matri. vbi limitat nõ procedere qñ tẽpore q̊ sit actus requirit̃ illa qualitas aliã limitationẽ tradit. d. Jas. in. l. fin. col. iij. C. de pact. vide ad hanc regulam Alexã. in. l. gallus. §. instituens. ß. de libe. et posthu. ⁊ in. l. inter stipulantẽ. §. sacram. colum. ij. ff. de verbo. obli.

d ¶ Initiũ Adde qd̃ hec ratio nõ vr̃ bona gñaliter q꞉ valet citationis commissio facta ꝑ iudicem die feriata ꝑ die non feriata. vt late cõsuluit fed. ꝯs. ccxl iiij ꝫ aliter voluerit pau. de ca. ꝯsi. xxv. tamen quo ad dicta bona est quia considerauit initium respectu ptãtis capl'i ante mortem prelati ⁊ pro ꝓdictis facit quod voluit Cal. ꝯsi. j. de elec.

e ¶ Annullanda. Adde vt ꝑ Old. consi. lxv.

f ¶ Statuta. Considera ꝙ pro isto dicto facit illud quod singl'r voluit Joã. an. in. c. dispendia. de rescrip. in. vj. vbi dicit dispositionez penalem extendẽdã propter similitudinẽ rationis non tñ penã in eo insertã. de quo tñ cogita ꝑ ea q̃ ponit iste. ß. in proe. in nu. xv. vers. sed circunscripta. ⁊c. Aeneas falco.

rante ⁊ electionẽ archipresbyteri iustitia exigẽte cassauit tum quia corpore dicti episcopi nonduz tradito sepulture habuerũt de ipsa electione tractatum contra canonicas sanctiones. tum quia canonicus contemptus fuit licet vnus solus fuerit: quia in talibus plus nocet vnius contẽptus quaz multorũ contradictio in presenti. nec valet predicta citatio: quia cum mortem epi̅ preuenerit non potuit arctare citatũ. Ber. ¶ 2 † No. primo ꝙ licet desperetur de conualescẽtia prelati egrotãtis nõ tamen per hoc põt haberi tractatus seu ordinatio sup futuri pontificis electione. Debet enim expectari mors oĩno q꞉ ante mortẽ prelati nec ecclesia vacat nec ius eligẽdi seu ordinãdi cõpetit canonicis vt hic ⁊ in. c. obeũtibus. lxiij. dist. ¶ 3 † No. scd̃o ꝙ canonic⁹ etiã absens causa studioꝝ dꝫ citari seu moneri vt veniat ad electionẽ futuri põtificis dũmodo sit in loco vñ possit congrue vocari. iuxta ea que dixi. ß. pri. al's electio facta illo contempto venit irritanda eo ꝓsequẽte contemptuz. ¶ No. tertio ꝙ capl'm põt citare absentes canonicos ad electionẽ fiendam. An in capit. debeant esse due partes an sufficiat maior pars ad validitatẽ citationis ⁊ termini prefixionis. vide quod dixi in. c. cum nobis. ß. eo. ¶ No. quarto ibi: ac prosua ꝙ non solum electus potest prosequi in iudicio electionẽ suã ꝫ etiã electores cõcordat. c. cũ dilectus. ß. de ꝯsue. ⁊. c. ij. de in integ. resti. vide qd̃ no. 4 Inno. in. c. dilectus. ij. de preb. ¶ † Not. quinto ibi nõ cass. tã. ꝙ electio facta per capitulũ aliquibus ex canonicis cõtemptis seu non legitime vocatis non est ip̃o iure nulla[a] sed venit potius irritanda. Quod intellige quando in capit. saltem affuerũt due partes canonicorum vocandorum. Nam si non affuerunt due partes non valet quicquid fit vel in capitulo vel vniuersitate ex quo minor pars est contempta seu nõ legitime vocata. Ad hoc. l. nulli ⁊. l. plane. ⁊ qd̃ eis not. ff. qd̃ cuiusqꝫ vniuer. no. in. l. nominationũ. C. de decur. lib. x. ⁊ vide qd̃ dixi in cap. cũ nobis. ⁊. c. qd̃ sicut. ß. eod. Nam potentie capitulares seu vniuersitatis sunt a principio apud duas partes dũ vniuersitas est in ꝯgregãdo licet in diffiniendo valeat quicquid facit maior pars illarum duarũ partium. ⁊ ita intellige. l. qd̃ maior pars. ad municipa. ⁊. c. j. de his que fi. a maior. par. capit. ¶ 5 † No. sexto ibi: in primo consensu capitulo permanente. qd̃ eligentes aliquo canonico cõtempto non per hoc debent priuari potestate eligendi: imo cassata electione propter contemptum potest capitulum procedere ad aliã electionem ⁊ eundem quem prius elegerant de nouo assumere: quia cum electio non sit cassata propter delictum electi potest iterum eligi. vt in. c. super eo. ß. eodem. ¶ No. ibi: nondũ tradito sepulture quod saltẽ de honestate nõ debet fieri electio futuri prelati anteq̃ corpus sit traditum sepulture. an autem sit nulla ante sepulturam attentata dicam statim cum glo. ¶ 6 † Item not. ⁊ tene menti tex. in versi. cum plus. quod magis obstat contemptus vnius quam multorum contradictio in presenti ⁊ est ratio quia contemptus vnius dũtaxat prebet facultatem retractandi electionẽ vt hic est in. c. venerabilẽ. ß. eo. secus in ꝯtradictione aliquorum presentiũ: quia talis cõtradictio nõ obest vltra electionem maioris ⁊ sanioris partis. vt in. c. quia propter. j. eodẽ. ¶ 7 † No. vltimo ex si. quod citatio temeraria seu non legitime facta nõ arctat citatum ad comparendum. vnde paria sunt quez non fuisset citatũ aut minus legitime[b] fuisse citatum Sed contra hoc ⁊ contra tex. opponitur. naz paria sunt ꝙ aliquid fiat tempore habili vel tempore inhabili dummodo effectus conferatur ad tempus inhabile. vt in. c. de vxore. ⁊ qd̃ ibi not. j. de sepul. Sꝫ effectus istius citationis facte isto canonico absente fuit collat⁹ in tẽpus habile: ergo nõ debebat corruere ex eo quia fuerat facta prelato nõdũ mortuo. Sol. dupliciter. Primo nõ posset dici quod hec citatio ⁊ eius effectus fuerunt in tẽpore inhabili. Nam citatio fuit emissa nondum episcopo mortuo ⁊ prefixus terminus ad vigiliaz pentecostes: ⁊ sic ad tempus quo possibile erat istũ prelatum adhuc viuere. non enim citarunt vt cõpareret post mortẽ prelati. Uel scd̃o dico ⁊ melius ꝙ presupposito ꝙ etiã citassent vt compareret põst mortẽ prelati: ex quo tamẽ fuit facta in vita ꝓlati nõ habuit arctare citatũ vt cõpareret post mortẽ. Ratio q꞉ ois tractatus est inhibitus: vt hic. ⁊. lxxix. distinct. c. nullus. Unde prohibetur iste tractatus non solum habito respectu ad effectũ ipsius sed etiam ad ipsum initiũ cum nullũ ius[c] cõpetat capitulo in electione ante mortẽ prelati. Et pro hoc bo. tex. in simili. in. c. si. de sepul. lib. vj. vbi religiosus non potest sibi eligere sepulturã licet effectus istius electionis cõferatur post mortem ⁊ sic ad tempus in quo est exẽptus ab obedientia abbatis. Et hoc ideo quia etiã principiũ prohibetur q꞉ cum non habeat volũtatẽ. xij. q. j. nõ dicatis. nõ potuit illam exprimere cum viueret. Ad idem bo. tex. in. l. si minor. ff. de ꝟ. expor. Quinimo plus dicit hic Boa. ꝙ etiã si citatio fuisset facta post mortẽ prelati ex quo tamen fuit emissa ante mortem non valet qd̃ mihi satis placet[d]. Quia in citatiõe plurimũ cõsiderat̃ initiũ. illa enĩ est proprie citatio que emanat a iudice seu decretũ de citãdo. factũ vero nuntij est executio iuxta no. per Joan. mo. ⁊ Joã. andr. in. c. romana. §. cõtrahentes. de fo. competen. lib. vj. ⁊ tetigi in. c. fin. de ferijs. 8 ¶ † In gl. j. hec glo. intricate ꝓcedit ⁊ in effectu prosequitur duas questiones. Prima nunquid electio facta per capitulũ cõtemptis aliquibus sit nulla vel annullanda.[e] Et in hac questione licet primo alleget quod sit nulla tamẽ postea cõcludit veritatẽ quod nõ est nulla licet sit irritanda contemptis prosequẽtibus iniuriã suam: vt hic in. c. quod sicut. ß. eo. vbi melius probatur. 9 † Secunda questio est nunquid cassata electione propter contemptũ aliquorum debeant priuari isti contemptores potestate eligẽdi pro prima vice: vt sic ista potestas applicetur alijs contẽptis duntaxat. Et in hac questione gl. prius sentit quod sic. ⁊ pro hac parte facit iste tex. in eo quod papa reprehendit istuz canonicum quod prius debuit expectare iudicium pape q̃ procedere ad secundam electionẽ. Et sic innuitur ꝙ post sententiã pape potuisset sol⁹ eligere. sed gl. in versi. ⁊ quod dixit caute corrigit quod prius dixerat: ⁊ fuit illa aditio vsqꝫ ad fi. Quia cõcludit qd̃ ratione contemptus solũ debet in penam retractari ipsa electio: nõ autẽ debent electores priuari potestate eligendi. Quia cum ista pena priuationis non sit hoc casu a iure statuta nõ est imponenda per alium q̃ per eum qui habet plenitudinẽ potestatis scilicet per principẽ. ⁊ ita potest intelligi iste text. Et hec opi. cõmuniter tenetur per doct. ⁊ optime facit iste tex. in ver. in primo consensu ⁊c. Nec obst. si dicatur qd̃ si eligentes contra formã debẽt priuari potestate eligendi: vt in. c. quia propter. j. eo. ergo fortius eligẽtes aliquo contempto cum tunc delinquant contra proximũ. Preterea. c. quia propter. j. eo. dans formã electioni disponit: vt absentes vocentur. ergo electio facta absentibus non vocatis est attentata contra formã ⁊ per consequens deberent electores priuari pro prima vice potestate eligendi. vt in. d. c. q꞉ propter. Sol. licet eligentes contra formaz sint priuãdi. tñ nõ sequitur ꝙ eligentes aliquo contempto sint etiã priuãdi: q꞉ vt dicit Jo. and. ⁊ bene ⁊ satis fuit de mente gl. huius in addi. Cũ illa pena priuatiõis nõ sit statuta[f] in casu nostro nõ debet pena. c. q꞉ propter. ad istũ casuz extendi. q꞉ pene nõ sunt extẽdende. de peni. di. j. pene. Et vide bo. gl. in. c. si. de iure pa. satis ergo est ꝙ ratione contemptus in penã retractet̃ electio. ⁊ ista pena est in iure statuta ⁊ alia non sufficit ꝙ ista pena imponatur nam odia debent restringi ⁊ nõ ampliari. vt in regula odia. de regu. iur. lib. vj. ¶ Ad scd̃m ꝯrium dicẽdum ꝙ vocatio absentiũ nõ est de forma substantiali sed est de iustitia. Nã si esset de forma substãtiali electio facta aliquo cõtempto esset nulla: vt in. d. c. q꞉ ꝓpter. ⁊ tñ in casu nostro nõ est nulla vt hic. ⁊ in. c. qd̃ sicut. ß. e. ⁊ in. c. ecclesia. el. ij. j. eo. Et ad istũ tex. vltra ꝓcedentẽ rñsionẽ põt respõderi: vt sensit hic Abbas ꝙ potuisset iste ꝓcedere ad secũdã ꝓma cassata nõ tñ solus sed vna cũ alijs. ¶ Cõclude ergo vt habeas totã materiã gl. magne clarã tres casus. Qñqꝫ electio fit ꝑ maiorẽ partẽ de indigno scienter: ⁊ tunc electio est nulla ⁊ ptãs eligẽdi ipso facto deuoluit̃ ad minorẽ partẽ que nõ deliquit: vt in. c. bone. ß. e. ⁊ in. c. cõgregato. j. eo. cũ si. Qñqꝫ scd̃a electio facta per capitulũ est ꝯ formã substãtialẽ de qua in. c. q꞉ propter: ⁊ tũc electio est ipso iura nulla: ꝫ electores non priuati potestate eligẽdi sed debẽt ꝓuari ꝑ sententiã: ⁊ potestas applicat̃ alijs q nõ deliquerũt cõtra formã debet tñ expectari sentẽtia ꝓuationis de quo vide qd̃ no. Jnn. ⁊ Cal. in. d. c. q꞉ ꝓpter. vbi dicã Terti⁹ casus qñ electio fit per capl'm de idoneo ⁊ ꝟm formã sed aliqs de capitulo fuit contemptus seu non legitime vocatus. Et hoc casu electio tꝫ vnde põt ratificari post contemptũ. nã potest renuntiare facultati ꝓsequendo iniuriã sibi illatã. vt in. d. c. qd̃ sicut. Sed si vult ꝓsequi contemptũ retractabit̃ electio ꝑ sñiaz vt hic. ⁊ in. d. c. ecclesia. Qua cassata debent oẽs simul cõuenire ad electionẽ nouiter fiendã q꞉ vt ꝓdixi nõ hꝫ hoc casu locum pena ꝓuationis nisi papa ex plenitudine ptãtis vellet hanc penã infligere. vt. ß. dictũ est ⁊ ꝑ hoc habetur clare intellect⁹ isti⁹ tex. ⁊ glo. ¶ Sed quero nũquid in alijs actibus citra electionẽ habeat

locum

a ¶ Zacharias. ¶ Legitime ꝯgregata. Adde tu istaꝫ.q.esse formatā p Iac.rebuf.in.l.cū te.nu.ij.ꝛ in addi.ad ipsum.de decu.lib.x. Et qualiter congregetur vide ibidē.nu.iiij.ꝛ in addi. Ang.consi.lxv.ꝛ Ro.singula. dcclix.inci.an citatio facta collegio ꝛc.

Anto. Francisc. ¶ An ꝛ qñ absentes sint inquirēdi ꝛ qñ dicant legitime vocati ꝛ requisiti ad actum collegij vel vniuersitatis faciende vide no.gl.i.c.pñtiū.de test.ꝛ in.c.cū in ecclesijs.de pbē.li.vj.ꝛ per gl.i.c.cuꝫ oēs de ꝯstit.ꝛ no. in.c.ij.de no.ope.nū.ꝛ est bona gl. in.c.Quis.de of.or.li.vj.ꝛ no.in.c.j.ð his q̄ fi.a ma.par.capi.ꝛ vtruꝫ absentes sint vocādi qñ capl'm vl' collegium vult facere statuta vide no.gl.i.c.ij.de his q̄ fi.a ma.par.ca.ꝛ p barto.i.l.oēs ppl'i.ff.de iusti.et iur.ꝛ no.doc.i.d.c.cū oēs.ꝛ adð q absētes citati ad electionē vt cōpareāt i certo termino nō debēt expectari p totā dilationē sed p modicū spatiū tpis: vt hr̄ p Inn.ꝛ host. in ca.cum nobis.eo.tit.de elec. Et adde qð absens dr̄ esse ille q nō est infra ꝯtinētia edificia vrbis vt in.l.absentē.ff.de vb.sig.ꝛ i.l.pñs ff.ð p cura.ꝛ q nō est in eadē ꝓuincia vt l.fi.C.de pscri.lō.tēp.ꝛ habet i.§.p scriptionū.ꝛ in.c.placuit.xvj.q.iij.ꝛ in.c.vbi periculum.in.§.j.ꝛ in.c.cām.de elec.li.vj.

b ¶ Retractari. ad de alex.ꝯs.j.iiij.li. ꝛ Sebasti. Sapia.

c ¶ Sepultura p̄lati. Vide bar.in l.post susceptā.ff.de excu.vbi vr̄ ð clarare hec nō p cedere qñ eps est tali morbo ꝯphēs vt fact⁹ sit prorsus inutilis nā tūc eo ēt viuēte possit fieri electio de altero q not. Inn.i c.lꝫ beli.de simo. vide Fir.in trac. de epo.lib.j.i prima pte qōnis.iij. vbi refert q venetī vidētes Frācīscū Foscari ducē tali senio cōfectū vt esset inutilis alium sibi ducē cu

locū ista psecutio cōtēptus vt retractetur act⁹ gestus p vniuersitatē ad petitionē cōtempti. Solut. credo q in oībus actib⁹ in quib⁹ absentes debent vocari si aliq cōtēnunt seu legitime nō vocant dꝫ actus retractari ad petitionē contēpti: ex quo nō legitime gest⁹ est.ar.hic.ꝛ in regula q̄ cōtra ius.de regu.iu.li.vj.facit qð not.Bar.in.l.oēs populi.ff.de iusti.ꝛ iu.ꝛ sensit gl.in.c.cum omnes.de consti.ꝛ 10 in.c.j.de his q̄ fi.a ma.par.ca. † Et qui sunt actus in quibus absentes sunt vocādi.vide gl.in.c.ij.de testi.lib.vj.dixi plenius in.d.c.j.de his que fi.a ma.par.capi.ꝛ dic vt ibi. ¶ In actib⁹ vero in quibus absentes necessario nō sunt vocādi si vniuersitas a non fuit legitime cōgregata* puta q2 nō ad sonū cāpane vt moris est: sed ꝯuenerūt forte due ptes ꝛ processerūt aliquib⁹ de vniuersitate nō interessentibus nec vocatis. Tūc etiā puto q act⁹ deberet b retractari[b] ad petitionē cōtēptoꝝ.ar.in.c.in causis.§.eo.ꝛ in.l.fi.C.de pdi.decu.sine decre.nō alie.li.x.facit dicta regula q̄ contra ius. ¶ 11 † In glos.ij. in fi.no.singulariter istā gl.ꝛ nō tradas eam obliuioni q ad validitatē electionis necessario nō re c quirit q precedat sepultura plati.[c] vñ cadauere adhuc super terram manente pōt procedi ad electionē futuri pōtificis.in hoc tamē fuerūt diuersitates inter doc.nam Hostien.Vincē.ꝛ quidā alij tenuerunt cōtra istam gl.dicētes q illud qð dicit papa hic fuit statutū in fauorē mortui ꝛ propter honestatem.vnde non possunt canonici huic iuri renuntiare.sed Inn. Cōpo.Io.an.ꝛ cōiter docto. sequētes tenent opi.glo.lꝫ sit honestū vt expectet prius sepultura prelati: vt in.c.obeuntibus.lxiij. dist.ꝛ in.c.post q̄.l.di.vbi gl.dicit q a die mortis currit tēpus eligēdi.ꝛ dicit Io.and.q melius dixisset ab hora mortis quasi sentiat quod illa dies mortis nō excludit: imo debet cōputari tps triuꝫ mensiū ab illa hora mortis.qð bene no.vñ absurdū esset dicere q tps non incipiat currere statim ab hora mortis.ꝛ q capituluꝫ non possit eligere nisi post exequias prelati nā eps nō currit non valenti eligere: vt in.c.q2 diuersitatē.de ꝯces.prebē.ꝛ hec opinio mihi placet: pro qua adduco ho.text. in.c.iij.viij.q.j.in fi.vbi dicit q post obitū quiescētis clerici habēt potestatē eligendi.ꝛ ad.c.nullus. lxxix.di.dic q loquit de honestate.ꝛ eodeꝫ modo potest responderi ad istū tex.hic enim fuerunt due cause cassationis.vna.s.propter contemptum canonici ꝛ ista fuit potissima ꝛ finalis causa.alia q corpus nondum fuit sepulture traditum fuit impulsiua.nam honestū fuisset aliter facere: sed hoc solum nō sufficeret ad cassationem electionis. vi d de simile in vxore[d] mortuo viro carnali: nā honestum est vt nō nubat intra annū luctus: nō tamen hoc est necessariū.vt in.c.pe.ꝛ vlti.de secun.nupt. Et quādoqꝫ est vtile statim post mortem: puta si canonici timent impressionē principis: ꝛ p hoc potest concludi qð potius valebit collatio benficij facta rectore defuncto nōdū tradito sepulture cū isti rectores non dicant proprie contrahere matrimoniū spirituale.vt no.in.c.q2 propter.j.eod.ꝛ dixi in.c.clerici.j.de vita ꝛ honest.cleri.vnde non est tantū vinculū inter eos ꝛ ecclesias suas sicut inter episcopuꝫ ꝛ ecclesiam suam cathedralem.facit.l. requisisti.de testa.hec procedunt cū querit de tractatu electionis post mortē prelati ante sepulturā 12 fiendam. ¶ † Sed dubiū est nunquid possit fieri tractatus electionis ante mortē prelati eo forte in extremis agente.ꝛ in hoc contingit dubitari de pluribus. Primo nunquid licite possit haberi tractatus. Secundo presupposito q non: nunqd electio cōtingens postea ex tali tractatu sit nulla vel annullanda. Tertio nunquid canonici tractātes ꝛ presertim se obligantes ad electionem certe persone faciendam sint illo facto priuati potesta-

rauerūt qua propter p̄ dolore mortu⁹ est Frācīscus vt ipse refert ibi: etiā ponit qd si fctā est electio de vno cū esset fama q eps erat mortu⁹. Anto. Frācisc. ¶ Uxore. Ad istud.an vxor de necessitate itra annū luct⁹ ppt mortē mariti dēat abstinere ab alio mr̄imonio: dicas q absqꝫ dubio si nubat vꝫ mr̄imoniū: ppter autoritatē apl'i de qua in.c.pen.et fi.de secū.nupt.h alle.tñ nō euitat pēas legales maxime in pdēdo lucrū qð ipsa ꝯseq̄ret si nō nuberet intra annū luct⁹. Et q̄ cōsistūt i dāno alteri⁹ de qb⁹ habet i.l.hac edictali.ꝛ i.l.femine. C.de secū.nupt.et ibi p bal.ꝛ Sal. plene.ꝛ not. Canoniste in.d.c.fin. de secun.nupt.

ni[a] saltē dicitur late habere curam respectu partis que tangit clerū totiꝰ diocesis. ¶ † No. in. qd appellatione vrbis qñqꝫ sola comprehēdiṫ ciuitas, ⁊ appellatiōe parochie diocesis. ¶ Et no. circa ea que habēt curam de clero: q̄ de honore de cōseruatione cleri ⁊ de edificiis ecclesiaꝝ seu reparationibus, de doctrina ecclesiastici officij: ⁊ in talibꝰ delinquētes debet ep̄o notificare al's de hoc rationē redditurus. Ite hꝫ ius visitandi de triēnio in trienniū impedito ep̄o de parochia in parochiā vt vicariꝰ ep̄i. ⁊ de iure pōt q̄ correctione indigent vt vicariꝰ ep̄i corrigere ⁊ emēdare: ⁊ ex hoc patet ꝙ licet in vicario hoīs nō veniat correctio delictorū tñ in vicario iuris. ¶ Oppo. ꝙ aliqua officia hic enumerata spectant ad thesaurariū ⁊ primiceriū. xxv. dist. ꝑlectis. Sol: aliq̄ ex his in consequentiā ⁊ sub archidiacono ꝑtinent ad archidiaconū principaliter: q̄ in cunctis est preordinator: vel dic ꝙ illud est locale fm̄ Uincen. vel hec referūṫ ad diuersas consuetudines. vñ dicit hic Hosti. qd illa capitula que alteri dignitati hoc tribuūt: vel intelligēda sunt i ecclesiis in quibus nō est dignitas archidiaconalis. vel loquuntur fm̄ diuersas ꝯsuetudines cessantibꝰ cōsuetudinibꝰ ꝑ potestate archidiaconi recurrendum est de iure ad. c. ad hec. ⁊. c. vt nr̄m. j. e. fm̄ Inn. prima placet Gof. vt in iurisditione primicerij non excludaṫ iurisditio archidiaconi sicut nec in iurisditione archidiaconi excludiṫ iurisditio ep̄i. de q̄ de offi. ordi. pastoralis. ⁊. c. cum ab ecclesiarū prelatis. de cōsue. tñ in aliquibus ecclesijs est maior archidiaconꝰ in aliquibus maior est archipresbyter. ¶ Opp. ꝙ ep̄s debeat visitare ipse. x. q. i. ep̄z. Sol. ep̄s dꝫ visitare singulis annis parochiā nisi dimittat propter grauamē ecclesiarū ⁊ tunc mittat archidiaconū: idem si alias ire nō pōt vt hic. Inn. dicit ꝙ ep̄s vbi nō pōt visitare debet mittere alium quē elegerit. si hoc habeatur de consuetudine vel vbi nō est archidiaconꝰ quē destinet. x. q. j. ep̄m. ⁊. c. decernimꝰ. al's mittere debet archidiaconū fm̄ Inn. dicit Host. ꝙ ep̄o licet mittere quē vult. ⁊ nihilominꝰ visitabit archidiaconꝰ si de cōsuetudine hoc habeat q̄ vna visitatio non impedit aliā. de q̄. j. eo. c. mādamus. ¶ Oppo. iij. cū eadē gl. ibi in ver. itē cōtra. j. eo. mādamꝰ. ꝙ archidiaconꝰ singulis annis visitet[b] ⁊ pluries si expedit. j. eo. mandamus. Solu. dicit glo. ꝙ ꝯrium loquiṫ in visitatione proprie parochie. sed hic loquitur qñ vult visitare vniuersam parochiā. dicebat Philip. ꝙ de necessitate iuris tenetur de triennio in triennium potest tamen singulis annis si vult vt hic. ¶ Quarto opp. ꝙ nō corrigat archidiaconꝰ. j. c. ad hec. Solu. minora corrigit: maiora ad ep̄m refert vt ibi. ¶ Quero q̄ spectāt ad officiū vicarij a iure dati. dic audit causas subditoꝝ ep̄o ꝑ querelaꝫ ⁊ absoluit excōmunicatos ab ipso. de offi. or. cū ab ecclesiarū. quod non posset archiepiscopꝰ in subditos suffraganeorū. ix. q. iij. nullus. licet tñ sint vicarij: tñ cum certa dignitate ponunṫ: vt patet per hunc titulum. ideo nō possunt ad nutū ep̄i reuocari nec ipsorum officiū pōt ep̄s exercere de quo in. d. c. cum ab ecclesiaꝝ. de quo. j. c. si. ⁊ dicuntur archidiaconus et similes. ideo vicarij: q̄ omnia que exercent ad ep̄os pertinent instituendo dignitates nisi aliqua tūc excipiant. quod credit Innocen. posse sicut custodias ecclesiarū. de institu. cū venissent. vt ecclesiastica beneficia: c. j. j. eo, ad hec. ⁊ etiā institutiones earū excipere poterunt. si tñ sunt dotantes presentatio eorum ad illos pertinet fm̄ Inno.

Officium. Dicit idem qd prima nec poniṫ literalis casus nisi qd ponit quedā spectātia ad officiū archidiaconi. ¶ No. ꝙ duo reperiuntur in archidiacono. s. officiū vt hic: iurisditio vt in ꝑcedēti. c. ¶ No. hic que spectant ad officiū archidiaconi rōne ordinis. primo legere euāgeliū vel alij delegare. ⁊ sic ea que sunt ordinis alteri habenti potestatē sunt delegabilia. scdo q̄ iubet leuitas induere ad officium ep̄i. tertio instruit qualiter ad missam procedāt. quarto est ordinator offi. cij totius in ecclesia determinando lectiones ⁊ responsoria. ⁊ eos ante debet auscultare. Et no. hec que sunt de natura officij. quinto ordinat acolitos ⁊ qs portat cādelabra ⁊ qs thuribulū ⁊ generaliter omnia officia ecclesie ordinat. ¶ Opp. ꝙ officiū auscultādi spectat ad magistrum scholariū. Sol. dicit hic gl. ꝙ hoc est de cōsuetudine: q̄ vt plurimū officium ⁊ potestas archidiaconi est ex cōsuetudine. j. c. ad hec. ⁊. c. si. vel loquitur qñ ep̄s est p̄sens ⁊ mādat per archidiaconū expediri. vel hec principaliter spectant ad archidiaconū in cōsequētiā ad aliū. Et per hoc non obstat ꝙ multa ex his spectant ad officiū primicerij. j. de offi. primicerij. c. j. ¶ Quero q̄ spectāt ad iurisditionē archidiaconi.[c] dicit Hosti. quod illa que habetur. j. c. si. xxv. di. perlectis. q̄ ibi enumeranṫ sunt hec. Primo audit iurgia, q̄stiōes ⁊ causas. j. c. ad hec. Scdo instituit. lxiij. disti. si in plebibus. de quo. j. c. cū satis. Tertio penas infligit. j. de penis. lꝫ. Quarto priuat bñficijs. de preben. referēte. Quinto a subiectis percipit obsequia. de exces. prela. ad hec. Sexto perpetuā vicarie curā: ⁊ per cōsequēs iurisditionē ordinariā habet. s. c. j. Septimo corrigit visitāt ꝑcurationes, recipit suspēdit excōicat interdicit. j. c. mādamꝰ. de elect. dudū. j. c. si. qd dic vt ibi. Quedā aūt sunt que archidiaconus nō videṫ posse q̄ nō instituit. xvj. q. vij. nullus. j. eod. cū satis. ⁊. c. sequen. scdo q̄ vicarius est: ep̄o ꝓhibēte nihil poterit. de quo. s. c. j. facit. ff. de iudi. l. iudiciū. tertio quia de maioribus se non intromittit nisi referendo. j. c. ad hec. per qd pꝫ qd est pedaneus. i. paruus aut nudus iudex vel delegatus. de pedan. iud. l. ij. ⁊ si. fm̄ Goff. de quo. j. c. si. ¶ Quero an debeat quēlibet auscultare. dic qd auscultabit incognitū nō probatū. probatū aūt nō auscultabit. q̄ notoria nō sunt examināda. de si. presby. qñ. vel auscultabit prima vice ⁊ nō plus. Anto. de but.

1 ☞ Negligentia est delictum in prelato.
2 Leuissima culpa imputatur custodi recipiente pretium de custodia.
3 Cōmittens custodiā alicui teneṫ de fraude ⁊ offensa illius cui cōmisit.

Ea que. Custodia vasorū ecclesie spectat ad archidiaconū. h. d. ¶ Casus lr̄alis. Archidiaconus Salonitanꝰ hꝫ custodiam vasorū ⁊ aliorū ornamētoꝝ ecclesie: archiep̄s Salonitanꝰ significauit dño pape ꝙ archidiaconus negligens erat circa p̄dicta custodiēda. Sup hoc scribit papa archiep̄o dicēs ꝙ distincte inqret ab ipso de vasis ecclesie que illic collecta sunt qualiter custodianṫ. Et si aliqd ex negligētia vel fraude ipsius perierit in hoc punieṫ ⁊ tenebiṫ ad restitutionē ipsorū cū ipse ex officio suo ad hoc teneaṫ. Ber. ¶ No. ꝙ ad archidiaconū spectat custodia vasorū eccl'ie pre alijs. ¶ † No. ꝙ in prelato negligētia est reatꝰ ⁊ delictū. hoc no. Inno. de elec. querelam. ⁊ ad hoc de sta. mona. cū ad monasteriū. Et no. ꝙ de ipsis teneṫ ⁊ si ipsiꝰ dolo vel negligenta: aut etiā alterius ipse cōueniri poterit. ¶ Opp. ꝙ spectet vasorum custodia ad custodē. xij. q. ij. apostolicos. glo. dicit ꝙ attēdenda est consuetudo: dic ꝙ ad ipsum principaliter spectat: ⁊ ad alios sub eo de quorū negligētia vel dolo teneṫ. sic etiā dici pōt de sacrista ad quē hoc ꝑtinere videtur. de officio sacriste. c. j. vñ dicit Inn. ꝙ de repositis in ecclesia cathedrali siue eccl'ie istiꝰ, siue aliarū inferiorū: vt q̄ forte ꝑpter fortitudinez sacristie ibi vasa sua reposuerunt archidiaconi tenentur etiā si sacristā habeat ecclesia vel thesaurariū. Itē ⁊ si in ecclesia cathedrali nō reponanṫ nec sint vasa cathedralis ecclesie sed inferioris tenebiṫ archidiaconus: q̄ ad ipsius officiū spectat vt diligentē curā habeat sup oēs inferiores p̄latos ecclesiarū qualiter custodiāt. al's si reperiaṫ negligens obligaṫ. fm̄ Inn. nisi ipsum excusaret consuetudo cōtraria fm̄ Hosti. ¶ Quero cū alia glo. de qua culpa teneṫ: ⁊ quorū iste archidiaconus: dicit gl. ꝙ teneṫ de lata ⁊ leui ad instar tutoꝝ ⁊ curatorū pupilli. C. de periculo tut. ⁊ cu. l. si res pupillares. ⁊ etiā de negligētia vt hic p̄: cum etiā ꝑpter negligentiā remoueaṫ. j. de offi. custo. c. j. cū similibus: sic ⁊ iudex ꝑpter negligentiā remoueṫ. C. de offi. p̄fe. orien. l. si quos. cū similibus. qd pōt intelligi qñ est crassa. j. q. j. qcquid fm̄ gl. ¶ No. istam caudam gl. que optime declarat ⁊ restringit qñ prelatus propter negligētiā deponaṫ vel remoueaṫ.[d] ¶ † Post glo. dicūt docto. ꝙ vt aliqd addat verbū qd dicit ꝙ de negligentia teneṫ ad id qd dixit de leui culpa: vr̄ ꝙ etiā de leuissima teneaṫ prelatus: nec mirū fꝫ Inn. q̄ qui pretiuz recipit pro custodia[e] teneṫ de leuissima: sed prelatus habens hoc officiū plusq̄ pretiū recipit: cū sit plus habere dignitatē q̄ pretium: vel fm̄ hoc intelligiṫ qñ hec cerimonialia nō erāt deposita sed pignori obligata vel alio modo accepta ab ecclesia vel ep̄o ⁊ apud archidiaconū cōmēdata. per hoc dicit Inno. de elec. querelā. qd crimē est in prelato negligētia. ¶ No. bñ istam glo. q̄ declarat melius q̄ alia qñ prelatus de

culpa ⁊ de

culpa ⁊ de qua teneatur. ⁊ vide Inno. de iu. cum ꝺputati. ⁊ quādo propter eā valeat deponi. Alie gl. sunt literales.

3 ¶ † Per predicta ⁊ tex. dicūt doctores ꝙ cauere debet archidia. cui ꝯmittat custodiā: q² tenetur de fraude ⁊ offensa illius cui ꝯmittit: vt hic patet. de statu regularium. cum ad monasteriū. §. penul. ad idem. ff. de custo. reo. l. fin. vt lite nō conte. c. j. cum similibus.

1 ☞ Intrusus possessor quis dicatur.
2 Archidiaconus an dicatur habere curam in ecclesia.

CUm satis. Archidiaconus sine mādato episcopi non cōmittit curam animarū. h. d. In prima ponit causaꝫ decisam ⁊ expressam. Secūda mādatū ibi: mandamus. ¶ Casus literalis. Archidiaconus elien. sine licentia sui episcopi cōmittebat curā animarū dicens hoc ex cōsuetudine sibi licere. Episcopus conquestus est ꝺ hoc dño pape. Respondet papa ꝙ obtentu alicuius ꝯsuetudinis nō dꝫ archidiaconus facere contra institutiones sanctorū patrū vnde ꝑcipit eidem ꝙ nulli cōmittat curā animaruꝫ sine licentia ⁊ mandato sui epi. Ber. ¶ No. absurditates vitandas. ¶ Scdo no. ꝙ obtētu ꝯsuetudinis reseruata ī priuilegium ordinis epalis inferior prelatus[a] acquirere nō pōt: ⁊ alia sunt inquisibilia cōsuetudine. idē de reseruatis ī priuilegiū supreme potestatis. Inno. ꝺ elec. bone. el. ij ¶ No. iij. ꝙ institutio autorizabilis supra curā ꝯsuetudine per archidia. vel inferiorē prelatū ab epo queri non pōt. vide de ꝑui. accedētibus. ⁊ qꝺ dicā. j. c. fi. ⁊ de insti. cū venissent. Not. ꝙ de mandato epi pōt supra curā instituere si ad hoc habeat speciale mādatū ⁊ sic cōsuetudine non q̄sibile ē delegabile. ¶ Opp. quod instituat archidia. j. c. ad hec. ⁊ c. vt nostrū. Solu. quedam est institutio autorizabilis supra curā idest traditio cure: ⁊ hoc de iure spectat ad solum epm nec ipsaꝫ q̄rit inferior cōsuetudine. de fil. ꝑsby. tua. de here. cū ex iuncto. in fi. de offi. dele. super eo. de exces. ꝑla. c. iij. Archi. autē vel inferior etiā ꝯsuetudine illā non querit vt hic. qꝺ dicūt doc. in. c. fi. j. eo verū sola cōsuetudine. sed sic epi concessiōe id est ex priuilegio cū consuetudine. ⁊ sic intelligunt de insti. cū venissent. Effectus aūt huius est q² ante ipsam nec repsentans nec is cui collata est habet potestatē curā administrādi vel ecclesiā. de prebē. cū iā dudū. ⁊ c. in lateranen. ꝙ si fecerit talis remoueri poterit nisi dispēsauerit. s̄. tit. j. c. fi. Ratio aūt ꝑdictorū quare non possit īferior: q² sine autoritate epi nullus potest intrare vel derelinquere ecclesiam. de renū. admonet. nec dꝫ se quis talibus intromittere: sꝫ vocatus ⁊c. de ele. q̄liter. ⁊ qlibet ꝑ ostiū intrare dꝫ. j. q. j. ordinatiões. vij. q. j. nō furē. ⁊ c. deniqꝫ. ⁊ ingerere se dicit̃ q absqꝫ diocesani autoritate intrat. de off. or. qm̄. et eps vicarius est xpi. xxxiij. q. v. mulier. ideo si quis ꝑ aliū intrat spreto ostio qui xps est. i. epo qui eius est vicarius beneficiū ecclesiasticū vsurpat. de iurepat. relatum. viij. q. j. q vos. ⁊ c. seq. ⁊ in. c. i scripturis. Et hec est rō q̄re dicta institutio ꝑscribi nō pōt.

1 ¶ † No. hāc caudā q² ꝑ hoc colliges quis dicat̃ intrus[b] ⁊ incoloratus possessor. vide de accu. veniēs. de cōces. ꝑbē. cū nr̄is. ⁊ c. lr̄as. Quedā est institutio q̄ sumit̃ pro collatiōe iuris. i. tituli bn̄ficij: ⁊ nō ꝓ collatione cure vel traditiōe iuris administrandi curā. ⁊ hāc potest archidiaconus habere de cōsuetudine[c]. de insti. cū venissent. de exces. ꝑla. c. ij. de prebē. referēte. Per qꝺ dicit hic Inn. ꝙ inferior epo nō hꝫ ꝺ iure potestatē conferendi ecclesiā vel ꝑbendā nisi hoc faciat de priuilegio vel ꝯsuetudine. ⁊ tūc faciat tāꝙ vicarius. de offi. dele. super. e. de insti. cū venissent. s̄. c. j. ꝯm Inn. ⁊ cōcessio ꝓ institutione ponit̃ de offi. deleg. dilectus. ⁊ hoc in nō curata ecclesia: ꝓcedit etiā in curata: sꝫ anteꝙ vtat̃ corporaliter ⁊ actualiter cure administratione opꝫ ꝙ i curata accedat ꝓ licentia ad epꝫ: vt supra curā instituat̃ vt dictū ē: de hoc remittit de priuilegijs. volētes. li. vj. Quedā est institutio q̄ sumit̃ pro trāslatiōe nude possessionis. i. iure tituli totali iure iam translato. i. pro iuestitura: ⁊ hec spectat ad archidiaconū de iure cōi. ⁊ hec sequitur autorizabilē tāꝙ illius executoriam. de re iudi. cū bertoldus. in ꝑn. ⁊ de cōsensu epi et de hac. j. ad hec. ⁊ c. vt nostrū.

2 ¶ † Quero cuꝫ gl. nunquid archidiaconus dicat̃ habere ante oīa curā, vide gl. de ele. cuꝫ in cunctis. Primo videt̃ ꝙ non pōt de iure cōi excōicare. j. c. pri. In ꝯtrariū ꝙ habeat faciūt de eo q fur. ord. recepit. c. j. cū ꝯcor. s̄. c. j. Glo. recitat opi. Prima fuit Hugo. Tāc. ⁊ Vin. ⁊ dicit qꝺ archidiaconus de iure cōi nō hꝫ curā nisi specialiter sibi ab epo cōmittat̃ ideo alteri nō cōmittit vt hic. ⁊ d. c. nullus. vnde iura que dicūt ꝙ hꝫ: ītelligūt qꝺ habet de cōsuetudine ⁊ nō de iure vl' ex delegatione. Secūda opinio qꝺ hꝫ curā animarū eo ꝙ per epm instituitur vel ꝑ collegiū eligitur ⁊ per epm cōfirmat̃, generalē cure administrationē cū iurisditione suscipit. ad hoc. j. eo. ad hec. de preben. referente. Dicit glo. ꝙ quedā sunt que ad archidiaconū spectāt de iure cōi ⁊ hec numerant̃. j. c. ad hec. ⁊ c. vt nostrū. oīa alia de cōsuetudine pn̄t. per qꝺ cōcludit glo. qꝺ de cōsuetudine pōt hr̄e curā ⁊ potestatē ad curam instituendi dū tn̄ consuetudo sit ꝑscripta vt hic: sed de hoc dic vt dixi sup tex. ꝑ qꝺ dicit qꝺ iura que diuersimode loquunt̃ de archidiacono quo ad potestatē excōicandi ⁊ potestatē curaꝫ exercendi referunt̃ ad diuersas ꝯsuetudines: resi det ergo gl. qꝺ nō possit ea q̄ sunt cure. Dicit Host. ꝙ cura animaꝝ cōmitti nō pōt etiā de ꝯsuetudine vt dixi sup tex. ⁊ dicit ibi gl. nō ꝑscripte. q² dictū gl. est ꝯ tex. intelligēdo de īstitutiōe autorizabili quo ad verba ⁊ mentē. quo ad verba q² dicit cōsuetudine: qꝺ hꝫ notare prescriptā ⁊ cōpletā de elect. cumana. Itē dicit obtētu alicuius cōsuetudinis non debes: qꝺ idē est ac si diceret obtētu nullius cōsuetudinis non debes: ⁊ sic oēm cōsuetudinē excludit ꝑscriptā vel nō ꝑscriptā pacificā vel non. ¶ Circa primū principale dubiū gl. dicit Inn. qꝺ cura in iure sumit̃ multipliciter qn̄qꝫ stricte: et dr̄ potestas ligādi ⁊ soluēdi in foro pn̄iali: ⁊ hoc nō est in prelato qui nō est sacerdos. xxj. di. in nouo. de peni. ⁊ remis. c. omnis. ⁊ hāc nō pōt dare nisi sacerdos vel eius autoritate[a] speciali vel gn̄ali fungēs: vt hic ⁊. xvj. q. vij. nullus. ⁊ de offic. dele. sup eo. xxv. dist. perlectis. ⁊ tūc nō dr̄ ipsi dare: sed illi quorū autoritate dat̃. ff. de admi. tuto. ita aūt. §. gessisse.[b] Quis dici possit ꝯm eū ꝙ archidiaconus ⁊ electi confirmati ⁊ alij qui possunt ecclesias dare possint committere officium potestatis quo ad alios in quo mō deputāt q̄uis nō sunt sacerdotes possunt dare ecclesias non tn̄ curā animarum. sed nūc illi quibus dāt ecclesias cū in ordinē receperint: q² sunt vel efficiūtur sacerdotes simul cū ordine recipiūt absoluēdi ⁊ ligādi potestatem licet in hos subditos in quos modo archidiaconus vel alius ꝑlatus potestatē haberet anteꝙ per ipm in ecclesia instituerent̃ que curā hꝫ: vn̄ nō dat eis potestatē sed effectū huius potestatis quā habitu habebāt lꝫ nō effectū vel exercitio recipiāt ⁊ ꝓmouēs ꝑlatus eis cōcedit. xvj. q. j. §. ecce in ꝟ. j. q. j. §. ex his itaqꝫ ꝟbis. Scdo mō large dr̄ cura ptās eijciēdi ⁊ recipiēdi in ecclesia ⁊ corrigēdi ⁊ puniendi excessus. xxj. dist. §. j. ⁊ sub hac cura est excōicare: corrigere: visitare ⁊c. talia q̄ sunt ad correctionē morum. ⁊ hāc pn̄t hr̄e archidiaco. ⁊ inferiores ꝑlati. s̄. e. c. j. de elect. dudū. el. ij. ⁊ vide qꝺ dixi de offi. or. cōquerēte. de qua ītelligē etiā decre. de multa. j. de prebē. Ecclesiā aūt vel prebēdā cōferre nō pōt alius prelatus ꝑter epm. xvj. q. vij. nullus. nisi hoc faciat de cōsuetudine vel ꝑuilegio. ⁊ tūc facit tanꝙ vicarius. j. de offi. dele. sup eo. de īsti. cū venissent. ⁊. s̄. c. j. Host. dicit se nō intelligere hāc distinctionē. nō em̄ ptās soluendi ⁊ ligādi in foro penitētiali cura dici pōt etiā ꝯm ius: q² nullo iure cauet̃ nec ꝯm naturalē rōnē. imo oīno aliud est cura aliud est ptās: multi em̄ habēt hāc ptātē qui nō habēt curā sicut sacerdotes nō curati. ⁊ ecōtra hn̄t aliqui curā ⁊ nō ꝑdictā potestatē sicut instituti ⁊ cōfirmati nō pbr̄i. de etate ⁊ qua. ꝑterea. de elec. trāsmissam. ꝑdicta em̄ ptās est ordinis ⁊ nō iurisditiōis. vn̄ nec cura dr̄ sꝫ ptās clauiū in ordine sacerdotali quā nec sacerdos pōt cōcedere: sꝫ tm̄ eps vt probāt iura ꝑ Inno. allega. ad idē de cōsecra. ecc. vel alta. aq̄. vnde dicit ꝙ hec cura. s. iurisditionis suscipit̃ in actu ꝯfirmatiōis q̄ cura iurisditiōis est: ⁊ qn̄ ordinant̃ datur ptās quā nō habebāt ligādi ⁊ soluēdi aias q̄ sibi cōmittunt̃ cuꝫ cura: q̄uis alij sacerdoti aū ordinē ꝯmittere possit vt illas ī foro penitētiali absolueret: q² cōmittere iurisditionis est. de elec. suffraganeis. de peni. ⁊ remis. oīs. ⁊ remittit ad summā illius ti. ⁊ vide ad ꝑdictoꝝ intellectū decre. Io. xxij. q² quorūdā. dicit tn̄ nō sacerdotē ab excōicatione absoluere non posse cū absolutio sit mista ꝑtim pn̄ialis: ⁊ partim iudicialis fori. ꝺ quo remittit Io. an. de sen. exc. a nobis. ⁊ ibi tenet cōtrariū. ⁊ vide in. c. nuꝑ. eo. tit. vide qꝺ not. de offi. lega. c. pe. Videte q² si cōsideremus curā respectu habitus sacerdos[c] eo ꝙ sacerdos hꝫ eā: lꝫ nō habeat ppl'm. vn̄ dictū fuit accipite spm̄ sanctū ⁊ quoꝝ remiseritis pctā ⁊c. sꝫ nō hꝫ exercitiū cure. sacerdos aūt hn̄s ppl'm hꝫ habitū ⁊ exercitiū cure: sꝫ nō sacerdos hn̄s ppl'm hꝫ obiecta in quibus curā exerceat: nō tn̄ hꝫ habitū i se nec exercitiū sed inde gregē supendēdi habētē curā ita ꝙ ꝟba Inn. pn̄t saluari. Anto. de but.

1 ☞ Archidiaconus an possit excommunicare.

ARchidiaconus. Breue est ⁊ īsūma. h. d. Archidiaconus de iure cōi nō pōt excōicare. ¶ Casus lr̄alis. Archidiaconi de iure cōi non pn̄t in

a ¶ Inferior prelatus. adꝺ late cal. de. ꝯsi. ij. ꝺ ꝑscrip. ⁊ vide ꝯsi. j. eo. ti.

b ¶ Intrusus. adde do. de ro. deci. suis. i tit. de restit. spoli.
Zacharias.

¶ Adde Host. ⁊ doc. i. c. cū dilectus. j. de purga. cano. Inno. in. c. nihil. s̄. de elec. ⁊ Spe. e. tit. §. j. ꝟsi. cōtra intrusum. ⁊ ibi q̄liter format̃ ꝯtra eum libellus.
Antonius Frācis.

¶ Circa ꝟ qs dicat̃ itrusus. dicas ꝙ qlibet qui iniuste detinet beneficiū dr̄ intrusus q² beneficiū nō pōt sine legitimo titulo teneri et talis tenetur ad restitutionē oīm fructuū: vt in. c. cū dilectus. de purga. cano. nec dꝫ talis intrusus tolerari in possessione ꝯm Bal. in. l. pe. C. ꝺ pigno. actio. et q̄ qs facit nō valet. vt i. c. oē qꝺ. xxv. q. j. ⁊ ꝑ Inn. in. c. nihil. de ele. et de modo formādi libellū ꝯ intrusuꝫ. vid ꝑ Spe. in tit. ꝺ elec. §. j. ꝟsic. cōtra intrusum. ⁊ in ti. de eta. ⁊ qualit. in prin.

c ¶ De consuetudine. Adde do. ꝺ Ro. deci. suis. de ꝑscrip. in antiqs.

aliquos ſniam ꝓmulgare niſi de lnia ⁊ autoꝛitate ſuoꝛum epoꝝ.Ber.¶ Not.j.ꝙ archidiaconis de iure non cōpetit
a ptās excōicandi[a] niſi de epi cōſenſu:ſ3 de hoc dic vt no.gl.
1 s̄.de elec.cū in cūctis.¶ Opp.qđ archidiaconꝰ poſſit excōi care.j̄.de offi.oꝛ.cū ab eccleſiaꝝ.Sol.dicit gl.de iure nō pōt
b vt hic:de ꝯſuetudine[b] ſic vt ibi.Recitat tñ aliqs dicere ꝙ ſi archidiaconus eligitur ab vniuerſitate ꝙ h3 iuriſditionem in ſubditos ⁊ pōt excōicare per.d.c.cū ab eccleſiaꝝ.xciij.diſ. legimus.ſ3 dicit gl.qđ ſibi placet ꝙ pꝛimitꝰ eſt dictū : et qđ dꝛ.s̄.c.pxi.Inno.dicit hic oꝛdinariū eſſe ꝙ archidiaconus ⁊ oēs p̄lati iuriſditionē habētes ab epis ex collatiōe vel cō firmatione officioꝝ vel dignitatū ad quas aſſumunť ſunt iudices oꝛdinarij ⁊ poſſunt excōicare.iij.q.j.nemo.de offic. oꝛdina.cū ab eccleſiaꝝ.vbi de hoc.niſi ſint mulieres.de ma io.⁊ obe.dilecta.de peni.⁊ remiſ.noua.⁊ qđ ibi dꝛ.dicit qđ ꝓcedit qñ hoc h3 ꝯ̄ria ꝯſuetudo que iuriſditionē tribuit et tollit.de foꝛo cōpe.cū cōtingat.vel dic qđ non videť pape: ſ3 nō eſt ita.ſic no.de ſen.excō.ꝑ tuas.ꝺ elec.cū nobis.vel nō excōicat cū ſolēnitate.de qua.xj.q.iij.debēt.de quo ꝑ gl.s̄. de elec.cū in cūctis.§.inferioꝛa.in gl.j.q̄ hoc tenet.vel ſumi tur hic excōicatio ꝓ depoſitiōe q̄ pꝛiuat de collegio ⁊ cōio ne collegij.p̄lati vero q habēt iuriſditionē ab alijs collegijs vel alijs ꝙ̄ epis excōicare nō poſſunt l3 al's habeāt iuriſdi tionē:qꝛ poteſtatē excōmunicādi cōcedere nō pōt niſi eps. xxiiij.q.iij.coꝛripiant.⁊ ideo qđ nō h3 alijs cōferre nō pōt. j.q.vij.daibertū.niſi collegiū eligeret autoꝛitate epi vel ab eo cōfirmareť vt eſt dictū.remittit etiā de offi.oꝛdi.quāto. Hoſt.aūt remittit ad ſummā.de ſen.excō.§.quis poſſit ex communicare.ſub.§.nedum autem ⁊c.
1 ☞ Dictio ſepius notat iterationem.

MAndamus. Archidiaconꝰ ſemel i āno:niſi neceſſitas exi gat plus viſitat ſuā ꝓuinciam.i.parochiā.h.d. In pmo dictū a quo excipit ibi:niſi. ¶ Caſus literalis.Semel in anno tñ debet archidiaconus viſitare
1 niſi neceſſitas exigat qđ pluries viſitet.Ber.¶ †No.qđ di
c ctū eſt in ſummario.⁊ not.qđ dictio ſepius[c] notat iteratio nem.Et no.qđ ius viſitandi cadit in inferioꝛi pꝛelato epo. ¶ Not.ꝙ oꝛdinaria viſitatio eſt quod ſemel fiat in anno. ¶ Opp.ꝙ nō poſſet viſitare:qꝛ hoc eſt de officio cure ⁊ ar chidiaconꝰ nō h3 curā.s̄.c.pxi.Sol.ꝓcedat hoc de ꝯſuetu dine nō de iure.dic vt dixi in.c.cū ſatis.¶ Secūdo opp.qđ p̄ter aliquā neceſſitatē poſſit ſaltem bis in anno viſitare.de cēſi.cū venerabilis.Solu.ꝙ ibi dꝛ ꝙ bis pōt:d3 intelligi de neceſſitate ſubſiſtēte.aut ergo aliq̄ cā nō ſubeſt ⁊ ſemel pōt: aut ſubeſt neceſſitas:⁊ ſi eſt eccl'ia quā viſitauit pluries ⁊ pōt:⁊ pluries ꝓcurationē exigit.Si eſt neceſſitas factoꝛum epi:tūc d3 ꝓpꝛijs ſumptibꝰ pꝛocurari.C.de ſtatuis ⁊ ima.l. fi.de quo.j̄.de cēſi.cū venerabilis.vel ꝼm alios dic ꝙ illud qđ dꝛ ꝙ vt pluries viſitet.in.c.cū venerabilis.loquiť de cō ſuetudine vel ex cōuentione.hic de iure ⁊ vide.x.qō.j.epm. imo plus dicūt doct.hic ꝙ ſi nō ſit multū neceſſaria archi diaconalis viſitatio pōt differri per trienniū ⁊ tūc pōt fieri per archidiaconū.s̄.c.j.⁊ ſemel in anno d3 fieri pꝛouincia le cōciliū cuiꝰ ſtatuta ſunt in ſynodo epali publicāda.xviij. di.qm̄.⁊.c.fi.j̄.de accu.ſicut nec ꝑ hoc tolliť quin archieps ſingulis annis poſſit viſitare ꝓuinciā:qđ dic vt de cenſi.c. fi.li.vj.¶ Quid ergo faciet ſimplex pbr̄ cū viſitet legatus archieps ⁊ eps archidiaconꝰ ⁊ archipbr̄:⁊ iſti duo vltimi ſaltem de ꝯſuetudine.de cēſi.cū apl's.certe ſi oi anno ſemel declinēt ad eccleſiā coſumeť eccl'ia. cōtra in.x.q.iij.iter cete ra.dicit Hoſt.ꝙ ſupplebit viſitās ſuis ſumptibus.C.de ſta tuis.l.fi.eſt eñ de verbis ⁊ mēte iuris ꝙ eccleſia vltra poſſe nō graueť.de cenſi.cum apl's.⁊.c.ſopite.nec etiā debet ibi moꝛari eps niſi per diē ꝼm modū quē habes.x.q.j.placuit. ⁊.x.q.iij.inter cetera.de quo in ſumma.eod.ti.§.qđ ſit eius officium.ver.dies.⁊ ſeq.⁊ dices vt.j̄.titu.j.c.fi.Jo.and.
1 ☞ Ardua que dicantur.
2 Archidiaconus inſtituit in quolibet beneficio ſi collatio ſpectet ad epiſcopum.

AD hec. Dicit pꝛimo qđ ſit officiū archi diaconi:in quo ꝑ eum releuetur eps.Scđo dicit decanos rurales ꝑ epm ⁊ archi diaconū eligēdos ⁊ amouēdos ſi illoꝝ vices cō muniter gerāt:ſcđa ibi ſubſequēter.⁊ q̄libet ſubdiuidiť in cōſultationē ⁊ reſponſionē.¶ Caſus l'ralis. Queſitū fuit a papa qđ ꝑtinet ad officiū archidiaconi:⁊ in qbus ꝑ ipm cura epi releueť.Rñ.papa ꝼm ſtatutū Iſidoꝛi.Imperat ſubdiaconis ⁊ leuitis:ſolicitudo parochialiū eccleſiarum ⁊ oꝛdinatio earundē pertinet ad epm ⁊ audire d3 iurgia ſin

Zacharias.
a ¶ Ptās excōicā di.Adde qđ not. in apoſtilla poſt Abb.in.c. qꝛ pp. §.inferioꝛa.nu.4. in verſi. archidia cona.⁊ ibi eūdē ⁊ alios.s̄.de elec.et Spe.in tit.de cō petē.iudi.adi.ver. vj.cōe criminis.⁊ quod dicitur.j̄.ꝑ xi.apoſtil.
Sebaſti. Sapia.
b ¶ De cōſuetudi ne. Et ad h̄ facit qđ no.gl.in.c.ne mo.ij.qō.j.q̄ vult ꝙ ſimplex ſacer dos ex ꝯſuetudie poſſet excōmuni care quā ſeqť do. meꝰ excellētiſſimꝰ rochus curtiꝰ i.c. fi.col.xvj.circa fi. de cōſuetudi.
Sebaſti. Sapia.
c ¶ Dictio ſepiꝰ. Adde ꝙ hec di ctio ſepius verifi cať in bino actu: vt ꝓbať in.l.ma riti.§.q queſtum. ff.ꝺ adul.⁊ in.l.fi. iūcta gloſ.C.ſi ſe pius in integ.re ſtit.de quo multa ꝑ Beoꝛ.nattā in repe.clemen.ſepe. in pnci.colū.ij.de verbo.ſigni.

gulorū.archipꝛeſbyteri rurales qui decani vocātur ſubia cere debēt eidē.Itē ꝼm ꝯſtitutionē romani oꝛdinis:maioꝛ poſt epm reperiť.Itē in epiſtola beati Clemētis pape ocu lus epi noiatur ⁊ loco ipſiꝰ per epatū coꝛrigat coꝛrigēda: ⁊ emendanda emēdet:niſi adeo ardua fuerint negotia ꝙ abſq3 maioꝛis ſui pñtia terminari nō poſſint.Itē iquadā ꝯſtitutione Inn.cōtineť qđ ad ipm ꝑtinet inſtitutio coꝛpo ralis tā in bñficijs ꝙ̄ in dignitatibus.Examinatio clerico rū qui ad oꝛdines ꝓmoueňť ad ipm pertinet ⁊ ipſe eos d3 diſpēſare.Queſitū fuit inſuꝑ a dño papa:vtrū decani ru rales q pꝛo'tꝑe inſtituūtur debeāt ad mādatū epi vel archi diaconi vel etiā vtriuſq3 inſtitui:vel etiā deſtitui ſi fuerint amouēdi.ad hoc rñdet papa.qđ oēs tāgit ab oibus appꝛo bari d3:⁊ ipſi decani vtriuſq3 cōe officiū exercēt ⁊ ideo cōi ter eligēdus eſt vel amouēdus.Ber.¶ No.hic q̄ ſpectant ad officiū archidiaconi.⁊ no.qđ pncipaliter ꝯſiſtit circa re leuādū epm in ꝑ ſe gerēdis ⁊ aliqua h3 eo qđ archidiaco nus.Et not.hic plura.Pꝛimo qꝛ iperat leuitis ⁊ ſubdiaco nis.Scđo gñaliter habet ſolicitudinē parochiarū.Tertio oꝛdinatio earū ad ipm ſpectat.Quarto audit iurgia ſingu loꝝ.Quinto h3 ſubiectos archip̄ſbyteros qui decani nun cupanť a pluribꝰ.Et no.qđ appellatiōe decani aliqñ com pꝛehendiť archipbr̄ ꝼm hec ſtatuta Iſidoꝛi.Sexto obti net pꝛimū pꝛe alijs locū poſt epm.Septimo eſt eiꝰ vicariꝰ: qđ no.Octauo h3 curā in eccleſijs ⁊ clericis:⁊ ſic no.qđ ar chidiaconꝰ h3 curā largo mō.de quo.s̄.cū ſatis.cū loco epi ꝓſpicere h3 vt coꝛrigat ꝑ parochiā coꝛrigenda ⁊ emendet. Nono ꝙ coꝛrectionē h3 leuē nō in grauibus inquirēdo ꝼm doc.nō vniuerſaliter viſitādo:ſed tñ loca ⁊ ꝑſonas de qbꝰ eſt infamia.dicit Hoſti.ꝙ viſitabit de triēnio in trienniū:⁊ qñ eps nō pōt.s̄.eo.c.j.Decimo ad eū ſpectat viſitatio q̄ ſu mitur pꝛo trāſlatione poſſeſſionis coꝛpoꝛalis.qđ not.⁊ nō ſolū in beneficijs ſed in dignitatibus. Undecimo ad eum ſpectat examinatio clericoꝝ ad ſacros pꝛomouēdoꝝ. Itē examinatio ꝓmouēdoꝝ ad bñficia qui pꝛio examinantur ab ipſis ſcđo epo pñtāt.Et not.ꝙ aliud eſt coꝛrigere ⁊ aliđ emēdare aliud addere ⁊ detrahere.Facit ar.ſi data eſt pote ſtas emēdādi ſtatuta:an poſſit ſtatutariꝰ in totū ipſa tolle re.dꝛ ꝙ nō.h.d.vſq3 ad ver.ſubſequēter. Declaremus hec per oꝛdinē.¶ Quero dicit ꝙ imperat:que imperat leuitis: dic ꝙ imperat qño ſua officia expleāt ⁊ hoc ſpectat ad offiñ. ¶ Quero qꝛ dicit qđ h3 ſolicitudinē parochiarū : in quo: dic ꝙ habet i eos q per parochiā moꝛanť.s̄.e.c.j.qđ ſpectat ad iuriſditionē ꝼm Hoſt.¶ Quero cū glo.qꝛ dicit ꝙ audit iurgia:que iurgia audit:dic ꝙ qōnes.⁊ per hoc arguit glo. ꝙ h3 archidiaconꝰ iuriſditionē.lxiij.di.ſi in plebibꝰ.j̄.de pe nis.l3.Et dicit Jo.ꝙ h3 iuriſditionē oꝛdinariā de iure cōi qđ verū eſt in oibus q̄ cōtineňť in hoc.⁊.j̄.c.vt noſtrū.et ꝑ ꝯñs coꝛrectionē.Cognoſcūt tñ tm̄ de modicis cauſis ꝑ hoc ꝙ dicit iurgia:qꝛ talis iuriſditio ſine coꝛrectiōe nulla eſt.s̄. eo.c.j.in alijs q̄ nō numeranť ſtabiť cōſuetudini pꝛeſcripte ꝼm glo.¶ Quero quia l'ra dicit ꝙ audit iurgia an poterit cauſas diffinire:quidā ꝙ nō cū ſit ſolū eis cōceſſum audire ꝙ intelligunt de clericis parochialibꝰ tm̄.Alij quos ſequiť Inno.ſupplent diffinire.ff.de iudi.l.de qua re.et hoc intel ligūt de parochialibus ⁊ ciuitatenſibus.arg.s̄.c.j. Hoſtiē. hic refert diuerſas ꝯſuetudines.Certū eſt q đ de iure ſaltem audit ⁊ ſatis credo qđ leuia decidat vt dixit gl.niſi ꝯſuetu do oppoſitū habeat.⁊ intellige de iurgijs ciuilibꝰ : vel vbi de crimine ciuiliter agiť de iurgijs.i.humilia ⁊ minima.nā magna refert,vt.j̄.ꝼm Hoſt.ꝑ qđ no.Abb.appellatiōe iur
1 gij minoꝛes cauſas ꝯpꝛehēdi.¶ †Quero qual'r coꝛrigat: dic ꝙ v̄bis monitoꝛijs ⁊ p̄ceptoꝛijs:ſ3 penā nō Iponit abſq3 epo.j̄.titu.j.c.ij.de offi.cuſto.c.j.Si quis tñ dicat ꝙ modi cā penā iponere poſſit:vel ad modicū tps ſuſpēdāt:foꝛſan nō errabit ꝼm Inn.qđ itelligit Hoſt.qñ ſacerdos eſt vel ēt de mādato epi nec cōfeſſiōes audire nec pniam imponere pōt de quo.s̄.c.cū ſatis.¶ Quero que dicanť ardua q̄ nō poſſit archidiaconꝰ ſolus.dic vt depoſitio clericoꝝ.vt no. de elec.ſuffraganeꝰ.etiā ſi ſint in minoꝛibus.xv.q.vij. eps. ſed etiā ſi agať de ſuſpēſione perpetua vel multū diuturna cū nec eps ſine capl'o talē ferat.de exceſ.p̄la.c.j.itē eccleſia rū vnio ⁊ diuiſio.de exceſ.p̄la.ſicut vnire.s̄.ti.j.c.fi.de eo q fur.oꝛ.ſuſce.c.ij.itē diſpēſatio.¶ No.ꝙ regul'r in inferioꝛi bus p̄latis eſt ꝓhibita diſpēſatio niſi vbi appareat cōceſſa qđ no.Itē eccleſiaſtice rei alienatio.xij.q.ij.in fi.de quo de tranſac.ſtatuimꝰ.⁊ gñaliter oia inter ardua reputanť que nō expediūtur per epm ſine capl'o.ꝺ his q̄ fi.a pꝛela.nouit. ⁊.c.quāto.Iuriſditio monaſterij niſi ſit ꝯſuetudo ꝯ̄ria.j̄.c. fi.Cauſaꝝ matrimonialiū auditio.ꝺ ꝯſan.⁊ affi.c.j.Nō ob.

de rest.spo.lr̃as.vt ibi no.q2 hoc faciūt rōne priuilegij vl' cō suetudinis.de his que sunt publice penitētie.i.nō pōt iiungere publicas penitētias lr̃e indulgētiarū.de exces.prela.accedētib⁹. Itē datio dimissorie.j.c.pri. Itē cause criminales graues de qb⁹ de ꝓcu.q̄relā. Itē q̄ sunt ep̄alis ordinis.vt.d.c.accedētib⁹.de ꝯsue.q̄to.de elec.qd sicut.§.p̄terea. ſ3 Host. ¶ Quero quas causas leues audiet[a].dicit ꝙ ꝯparari potest defensori ciuitatis q audit causas vsq3 ad.ccc.aureos.⁊ minores criminales.i maiorib⁹ etiā pōt reu3 capere ⁊ ad ep̄m mittere ⁊ modicā mulcta3 indicere ⁊ clericis sibi subiectis in adoptionib⁹ testamētorū ⁊ donationū isinuationibus ac manumissionib⁹ quas nō noīe eccl'ie ſ3 ꝓprio faciūt.j.de rebus.ecc.nō alie.epi autoritatē p̄stare.i auē.de defen.ciui.§.⁊ iudicare.vsq3 ad fi. Nō tū pōt i eū ꝯpromitti vt ratione delicti vel ꝯctus aliqui ꝯueniātur corā eo cū nō habeat territoriū.j.de fo.cōpe.cū cōtingat.vide quod no.j.c.fi. Que autē dicta sunt de archidiacono intelligēda sunt de oībus prelatis ecclesiasticis iferiorib⁹ iurisditionē habētibus de cōsuetudine vel de iure ſ3 quosdā. Sed nō placet Inno.cū dignitates ecclesiastice nō sunt ordinate ſm iura ciuilia:ſ3 ſm cōstitutiōes eccl'iasticas ⁊ ſm illas d3 iurisditionē exercere.de iudi.dilecti.de do.⁊ cōtu.c.j. Satis credo ꝙ leuia que sint reliquant̄ arbitrio iudicātis ⁊ ꝙ ex legib⁹ informet arbitriū:qn̄ nō inuenit canones nō est absonū in his q̄ nō obuiāt canonib⁹.de no.ope.nū.c.j. ¶ Quero an oīa q̄ hic cōprehēdunt̄ spectēt ad archidiaconū de iure cōi an de ꝯsuetudine.dicit Jo.an.ꝙ oīa q̄ ponunt̄ a ṽsi.i quadā vero.vsq3 ad ver.seq.cōpetūt de iure cōi:adeo ꝙ i ipsis illo iure fundat intētionē nec h3 aliq̄d ꝓbare:i alijs op3 qd ꝓbet ꝯsuetudinē.vid qd no.j.c.fi. ¶ †2 Quero an archidiaconus instituat in aliquo beneficio:⁊ an in quolibet beneficio.dic ꝙ sic:si collatio spectet ad ep̄m.in alijs autē que spectāt ad aliū quo ad collationē nō:vel ad cōfirmationē ſm Inn. Hosti.remittit.s.c.cū satis.⁊ Archidia.nō placet gl. Inn. q2 tex.hic ⁊.j.c.j.gn̄aliter loquūt̄.adducūt quod no.j.de offi.deleg.sup e.⁊ qd ibi no.sup gl.iij. ¶ Op.d2 hic ꝙ examinari debeāt ordinādi ⁊ promouēdi ꝑ archidiaconū.hoc videt̄ spectare ad sacerdotes.xxiiij.distin.qn̄.sol.ibi qn̄ ep̄s eligit vel qn̄ deficit archidiacon⁹ vt in multis ecclesijs Host.dicit qd archidiacon⁹ hoc faciet nisi ex causa hoc sibi interdicat̄:poterit etiā ep̄s alios adiūgere ⁊ iterū examinare.vt.j.dicit glo. ¶ Querit eadē gl.ibi:videt̄ ergo:q̄d si ep̄s ꝓmouet indignū qs puniet̄:videt̄ ꝙ archidiacon⁹ vt hic q examinat ⁊ rep̄sentat.liij.di.si seru⁹.ſ3 dicit ꝙ nō est verū:q2 ep̄s tenetur de facto illius q examinat sicut exercitor nauis de facto magistri.ff.de exerci.l.j.§.magistrū.nisi forte examinator talis fuisset qd nō sit verisil'e ip̄m mētiri.arg.j.de pigno.significāte.dicit ergo Inno.et Hostiē.ꝙ si cōis opinio est de bonitate ep̄i excusabitur archidiacon⁹. ¶ Querit gl.ibi:secūdū hoc:q̄d si talis ordinat̄ sine titulo qs ꝓuidebit.dic ꝙ si ep̄s ignorabit ꝓuidebit p̄sentator:si ille nō sit soluēdo habebit regressu3 ꝯ ep̄m.⁊ hoc q2 adhuc reseruatum est ep̄o ius examinādi.arg.de eta.⁊ quali.accepimus.⁊ in subsidiū ne ille ordinat⁹ in opprobrū cleri mendicet.de renū.ad supplicationē. Nā examinat⁹ examinat̄ in his p̄cipue in qbus vertit̄ periculū aīe.vn̄ debebat ep̄s prius videre qs ⁊ ad quē titulū p̄sentaret̄. ¶ In fin.gl.dic hec vera qn̄ nullū dedit titulū. Si aūt archidiaconus ascribi fecit aliquē ad titulū patrimonij ipsi⁹ ordinādi ⁊ apparet illi nō habere patrimoniū vel habere min⁹ sufficiens.si archidiacon⁹ hoc fecit sciēter aget primo ꝯ eū qui fuit in dolo.secūdo ꝯ ep̄m qui fuit in culpa:q2 dolus prepōderat culpe.ff.ad legē aq.l.itē si obstetrix. Nec obst.exceptio d dolo ordinati:q2 illa cessat ne mēdicet in opprobriū cleri.⁊ vide qd no.de adul.intelleximꝰ. Hosti.dicit ꝙ imputabit̄ illi qui mentitus est et queret sibi victū.xcj.di.clericus.⁊ per hoc subrahet̄ multis materia q mentiendo fecerunt se ordinari.de diuor.q̄to.nec d3 alicui mēdaciū suū ꝓdesse.illi vero q se faciūt ꝓmoueri ad titulū paupertatis sue sequēt̄ illam.de exces.p̄la.nimis.de his vero qui ordinantur ad titulu3 patrimonij christi videt̄ aliqb⁹ ꝙ ep̄s hoc admittēs obliget:q2 quicq̄d h3 est hereditas ⁊ patrimoniū christi.d prebē.cū scd3.sed ipse dicit idē seruādū qd de alijs de quib⁹ premisit q2 licet verba sint diuersa mens est eadē.de ṽbo.signi.intelligentia.ſm Hostien.

Subsequēter. No.regulā ꝙ ab oīb⁹ cum oēs tāgit approbari d3. Et[1] no.tex.ꝙ decani rurales consensu archidiaconi debent institui ⁊ destitui ꝑ ep̄m.⁊ ē.rō:q2 archidiaconus h3 curā parochie.s.c.j.⁊ decan⁹ in h' supplet vices vtriusq3.[2] ¶ Quero qui sunt isti decani:[b] dic qd pōt intelligi ſm cōsuetudinē Frācie ſm quā instituunt̄ ꝑ ep̄m ⁊ archidiaconū tales decani ad exequēda ei⁹ officia q̄dā eis cōia:nec instituuntur[a] in aliq̄ eccl'ia sed quasi ministrales ⁊ officiales vtriusq3.et ꝓ maiori pte instituunt̄ ad tp̄s.vn̄ dicit tex.ꝓ tpe.i.ad tp̄s ⁊ idē si instituerēt̄ in eccl'ia dūmō gerāt vices vtriusq3.vbi ergo nō est talis ꝯsuetudo hoc nō vēdicat sibi locū ſ3 Inno. ¶ Quero q̄d si nō pn̄t ꝯcordare.⁊ dic qd nihil agit̄.vn̄ vn⁹ sine alio nihil posset agere.ad hoc de offi.d.cle.cām.nisi cōsuetudo h̄ret ꝯtrariū ꝓ quib⁹ facit hec lr̃a. Alij dicunt nominatū ab ep̄o obtinere:cū ipsi⁹ autoritas sit principalis ⁊ autoritas archidiaconi vicaria.si tū videt archidiacon⁹ indignū institui vel sibi dānosum poterit appellare.vel corā superiore cōtēdere.de offi.dele.sup eo.⁊ hoc salua ꝯsuetudine ꝯtria ſm Inn.⁊ hoc veri⁹ puto:nā in dubio necesse h3 archidiaconus obedire.de exces.p̄la.ad aures.ſm Hostiē. ¶ Quero an archidia.posset ip̄m instituere.dicit Host.hic pōderādā literā q2 q̄situ fuit de institutiōe ⁊ destitutione ⁊ rn̄det̄ de elec.⁊ amotiōe ne videat̄ aliq̄d detrahere autorizabili institutiōi q̄ spectat ad ep̄m.q̄si dicat si de institutione illa queris illa spectat ad ep̄m.de renū.admonet.s.c.cū satis.vbi de hoc. Institutio ṽo q̄ loco collatiōis h̄r cōiter fieri d3.⁊ no.hic ꝙ sicut elect⁹ a minore nō d3 administrare sine ꝯsensu ep̄i,si remotus ab illa nō v3 administrationē deferre sine licentia ep̄i.vt sic in illo gn̄e instōnis illius sit destituere cui⁹ est istituere vt dicta decre.admonet.qd no.q2 inferior nō pōt supra curā aliquē instituere vel destituere nec videt̄ hoc prescribere,⁊ ad hoc optime de capel.mona.c.j.lib.vj. Arguit etiā Host.ad hanc literā ꝙ ep̄s q priuauit eū bn̄ficio cui⁹ collatio vel pn̄tatio spectat ad alium nō possit restituere sine illi⁹ cōsensu.ad hoc de eccle.edifi.c.ij.dicit ꝯtrariū notasse de renūtia.nisi.§.persone.vide qd not.glo.de rescrip.q̄uis.lib.vj.ſm Joan.and.

Significasti. Archidiacon⁹ nō dat cōmēdatitias ad ordines.sunt tria dicta q̄ patēt. ¶ Casus literalis. Archidiaconus sine licētia ep̄i sui ⁊ autoritate lr̃as suas ꝓmouēdis nō cōcedat:⁊ ordinādi ꝑ lr̃as archidiaconi ꝓmoueri nō debēt:si fecerint ep̄s interdicat eis executionē ordinū taliter susceptorū. Ber. ¶ No.ꝙ solius ep̄i est dare ꝯmēdatitias ad ordines.⁊ no.ꝙ talibus literis sc3 ab archidiacono cōcessis:non pōt quis ad ordines assumi. ¶ Scđo no.arg.ꝓ ⁊ cōtra ꝙ ordinatus ab alio ep̄o caret ordinū executione ⁊ est priuandus.characterem tū recipit. ¶ Op.cū secūda glo.qd det archidiaconus cōmēdatitias ad ordines.s.c.pri.ṽsi.in quadā.ad fi.vbi pn̄tat ad ordinēs. Sol.bn̄ pn̄tat ad ordines suo ep̄o:sed nō pn̄tat alteri ep̄o.hec dicit ṽa gl.qn̄ est ep̄s pn̄s:al's dicit qd si ē absens extra parochiā suā ⁊ necessitas vel vtilitas ordinandoru3 immineat pōt illos pn̄tare ep̄is ad ordinē q2 absente ep̄o supplet vices illi⁹.arg.s.e.ad hec.sic ⁊ archipbr̄.j.ti.j.c.j.vel vocāte eccl'ia.de maio.⁊ obedi.cū olim.ꝙ dicit glo.verū qd posset impedito ep̄o viuēte si h3 de ꝯsuetudine al's non nisi haberet speciale mādatū. ¶ No.bn̄ gl.q2 capl'm vacāte sede succedit.caput tū capl'i d3 vt vicari⁹ expedire illa q̄ iminebāt ꝑ prelatū expedieda.⁊ sic officiū archidiaco.in vicariatu nō expirat morte ep̄i.qd no. ¶ Scđo not.ꝙ cōmēdatitias nō dat etiā absente ep̄o nisi ad hoc habeat sp̄ale mādatū. Idē no.Jo.ix.q.ij.ep̄m. Dicit Host.ꝙ generalis vicari⁹ cui aliqs ex specialib⁹ casib⁹ cōmissus esset cum clausula gn̄ali hec posset.de ꝓcu.qui ad agēdū.lib.vj.⁊ de offi.vica.c.ij.lib.vj.in vlti.glo. Dicit tū ꝙ in presentia ep̄i qui sic generaliter cōmisit nō d3 hoc sine ipsius cōscientia expedire.ar.j.de offi.leg.volentes.de offi.or.romana.in fi.li.vj.de materia gl.dic:vt de tēpo.ord.null⁹.li.vj. ¶ Glo.j.tāgit rōnes ⁊ iustificat tex. Inter cetera querit an talis ordinatio erit rata.⁊ dicit ꝙ nō.⁊ dicit qd ali⁹ ep̄s nō d3 ordinare:qd si faciet talis ordinatio nō est rata quo ad suū ep̄3.ix.q.ij.c.j.⁊ interdicēda est talib⁹ executio ordinis sic suscepti.de offi.leg.qd trāslationē. Ep̄s tū pōt cū talibus dispensare ⁊ recipere eos in illis ordinib⁹.ix.q.ij.lugdun. Nunquid aūt ipso iure sit suspensus.quidam ꝙ sic.⁊ hoc sentit gloss. Host.aūt dicit ꝙ dato ꝙ anteq̄ ab ep̄o recipiatur celebret per hoc nō incurrit irregularitatē nisi post interdictū ne celebret.de quo.s.de tēpo.ord.quod trāslationē.⁊ eo.tit.c.ij.lib.vj.⁊ dic vt ibi notatur.

1 ☞ Semiplena probatio non admittitur contra plene ꝓbantem.

2 Possessio alicuius dignitatis probatur per exercitium alicuius actus spectantis ad illam dignitatem.

Sebasti. Sapia. [a] ¶ Causas leues audiet.quid possint defensores ciuitatū ⁊ iferiores magistratus late tradit̄ per Bart. ⁊ alios in.l.imperium.in materia simplicis iurisditionis.ff.de iurisdi.om.iudi.

Zacharias. [b] ¶ Qui sunt isti d cani. Uide Federic.de señ.cōsi.l.c.rot.deci.ccccl viij.incip.fuit dubitatū.in no.⁊ ibi qd non h̄nt dignitatē archi.in.c.perlectis.xxv.disti.⁊ an censeant̄ vicarij foranei:notat Cardi.hic.

Anto. Francis. [b] ¶ Decani.dicas ꝙ decan⁹ dicit̄ q p̄est decē clericis vt ꝑ Archi.i.c.cū capite.l.distinc.⁊ al's etiā d2 archipresbyter:vt per gl.in.c.perlectis.xxv.dis.in.c.j. Et adde ꝙ decanat⁹ est dignitas si sit in ciuitate:q2 habet iurisditionem ⁊ primū locum in choro ⁊ capl'o.secus si sit i rure q2 decani rurales cēsent̄ vicarij foranei neq3 dicūtur h̄re dignitatē:vt in deci.hic ꝑ istu3 alle.⁊ vide per.d.Car.in.c.ad hec.de offi.archi.

Sebasti. Sapia. [b] ¶ Decani.in.C.est titul.de decanis.⁊ glos.in rub.eiusdē titu.lib.xij.declarat ꝙ dicebat̄ decan⁹ q p̄erat dece3 militib⁹ vn̄ in eccl'ia ille dicitur decan⁹ qui p̄est decē ſm Archid.in.d.c.in capite.et ꝙ decanatus sit offiīū ꝓbat̄ in.c.j.ne p̄lati vices suas.et in.c.ex pte.j.d cle.nō resi.⁊ nunquid d can⁹ h̄eat dignitatē.vide Rotā i nouis decisio.iiij.incip.itē fuit dubitatū sub titu.de elec.⁊ in tit.de cōcess.preben.decisi.xvj.incip.ite3 fuit dubitatum.

Zacharias.
a ¶ Semiplene p-
bare. Vid Lafr.
de ozig.i.l.admo-
nēdi.col.j.vo.no.i
tex.z ibi bene. va
dū in apostil.ad
ipm.z col.xij.vsi.
i eadē gl.semiple-
ne.ff.de iureiurā.
Zacharias.
b ¶ Spectare.ad-
de Lāfrāc.de ozi.
in.c.qm̄ ꝯ.§.testiū
depōnes.ver.ter-
tio venit.z ibi re-
mis.in apostil.cel
si.j.de pba. eūdē
in rub.de cā pos-
ses. z pzopzie.col.
viij.ver.statu.cuz
pluribus seq.
Sebasti. Sapia.
c ¶ Naturā adiun
cti.Vide que la-
te pōit Feli. post
alios i.c. sedes.ā.
de rescrip.z q̄ po-
nit Barto.z late
Mod.in.l.j.§.nū
tiatio .ff.de ope-
ris no.nū.z bart.
in.l. q̄situ.§.si qs
fundū.ff.de fun
do instru.

VT nostrum. Archidiaconus examinat z pñtat ordinādos z ponit p̄latos in sede. ¶ Casus lr̄alis. De iure cōi ad archidiaconū ptinet pñtare ordinandos epo: z illos examinare: ponere abbates z abbatissas in sede. Ber. ¶ No. tria q̄ spectāt ad archidiaconū de iure cōi pñtare epo ordinādos: illos etiā examinare: z ponere abbates in sede. z sic pz q̄ institutio q̄ sumit ꝑ translatiōe possessionis facti spectat ad archidiaconū. vide. s̄. c. ad hec. z. s̄. e. cū satis. ¶ 1 Not. q̄ scd̄o vbi intentio alteri⁹ partis est fundata de iure: dicēs oppositū aggrauat onere probādi: nec sufficit semiplene[a] ꝑbare nisi plene probet̄, qd̄ bñ no. ¶ Et no. q̄ abbates z abbatisse inuestiunt̄ possessiōe p positionē in sede. z sic habes practicā istallādi z vnū signū ad trāsferendā possessionē. vide de cōsue. c. ij. ¶ 2 Notat Jo. an. patēter ex hac decre. q̄ volēti ꝑbare q̄ si possessionē alicui⁹ dignitatis vel officij: nō sufficit ꝑbare exercitiū actuū qui de iure cōi nō spectāt ad dignitatē vel officiū sed etiā dz probare illos actus ad dignitatē spectare[b]. z sic dicit se obtinuisse in archidiaconatu boñ. Probato eñ qd̄ talis tali tpe dabat examinationes publicas vel priuatas non est ꝑbata quasi possessio archidiaconat⁹ nisi ꝑbet̄ qd̄ ad officiū archidiaconi hoc spectat. sed si ille actus de iure cōi spectaret ad illā dignitatē vel ad aliud officiū satis est ꝑbare exercitiū illius actus vt institutio ad epm̄, inuestitura ad archidia. z sic de singulis. Fortassis eñ cancellarius Mediolaneñ. habebat de ꝯsuetudine vel priuilegio facere q̄ hic cōtinent̄: sz q2 illd̄ nō fuit ꝑbatū z de iure illa ad illd̄ officiū nō spectāt: ideo succubuit. ad qd̄ de re iud. c. ū bertoldus. vide bonū tex. s̄. de elec. cumana. z. c. in genesi. z optimū. j. de p̄bē. dilecto, z. c. nisi. ¶ Quid si sine autoritate p̄cedēte epi qs est positus in sede. dicit Jo. an. q̄ dz itrusus. al. leg. de p̄ben. cū iam dudū. ¶ Gl. sunt clare, Vltimā signat cōtrariū z remittit z bene ibi dixit. Anto. de but.

1 ☞ Causa si cōmittatur cognoscēda non presumet̄ cōmissa decidenda: nisi specialiter dicatur.
2 Expressio aliquarū rerū cum clausula generali an cōprehēdat maiores res expressis.
3 Libellus in quo petūtur debita alicui dignitati an icludat debita tam de iure communi q̄ speciali.
4 Libellus in istis vniuersalibus quomodo concipiatur.
5 Familia episcopi an gaudeat priuilegio episcopi.
6 Consuetudo alicuius loci quomodo probetur. 8.
7 Archidiaconus in quibus est vicarius episcopi de iure.
9 Cōsuetudo vnius loci an z qñ extēdat̄ ad alia loca: z que requiruntur in tali extensione z circa q̄ fiat. vide hic plene in materia extensionis consuetudinis circa spiritualia.

Onquerente. Episcopus in ecclesijs diocesis sue dbet esse ɔtētus iurib⁹ epalibus: et q̄ sint iura epalia: hic declarat. In prima parte petitio et cōtestatio. In scda sniā. ibi: nos. ¶ Casus literalis. Procurator monasterij sancti Bñdicti mōtis sub asisij cōquerebat q eps de Assisio diocesanus nō cōtētus iurib⁹ epalib⁹ in ecclesijs et capellis ipsius monasterij q̄ dz habere a quibusdā earū exigebat pcurationes q̄ ad eas prestandas non sufficiebāt: vnde petebat procurator monasterij q eps specificaret illa q̄ competebant eidē in eiusdē ecclesijs rōne iuris epalis: quibusdā vero specificatis lis fuit legitime cōtestata. dñs papa visis et intellectis probationib⁹ et rationib⁹ vtriusq partis decreuit q eps habeat canonicā obedientiā subiectionē et reuerētiā et alia que in litera enumerant in ecclesijs seu capellis diocesis ipsius ad monasteriū ipsum spectātib⁹: ita q cū ad ecclesias illas visitādas accesserit nō plus requirat ab illis ecclesijs noie procurationis nisi q̄tum ei poterunt exhibere pensatis facultatib⁹ earūdē: nec amplius aggrauent in pcuratiōib⁹ cetere capelle eiusdē diocesis. et istis iurib⁹ in pdictis ecclesijs eps sit contentus: nec amplius exigat pter moderatū auxiliū q iuxta formā Lateranen. cōcilij duxerit postulandū si manifesta et rationabilis causa extiterit. B. ¶ No. j. abbatē posse agere pro capellis et ecclesijs subditis suo monasterio. concor. cle. j. de rescrip. et c. auditis. de pscrip. et c. ex transmissa eo. tit. ¶ Scdo no. q ecclesie et capelle subiecte monasterio tenent nihilominus epo ad epalia iura: et intellige nisi monasteriū sit exēptū cū capellis sibi subiectis: vel nisi abbas ex priuilegio vel prescriptione, acquisiuisset[a] ius epale in illis ecclesijs q fieri pōt. vt in c. auditis. et in c. cū olim. de prescrip. ¶ † Tertio no. q eps vltra iura epalia in iure expressa nō pōt aliud petere ab ecclesijs sibi subiectis: vnde non pōt petere a clericis aliqua seruitia q̄ in iure non sunt exprssa. x. q. iij. qr cognouimus. nec etiā pōt imponere aliquā collectā ecclesijs nisi instaret causa rōnabilis et manifesta: nam tunc pōt petere charitatiuū subsidiū: vt hic in fine lre: et in c. cū apostolus. j. de censi. Item not. q lz ista monasteria non teneant ad ea que sunt de lege diocesana vt synodaticū: et ad alia de quibus no. j. c. dilect⁹. capelle tñ subiecte monasterio tenent ad onera ad q̄ tenent ecclesie alie seculares. Et intellige istū tex. de capellis et ecclesijs secularibus subiectis monasterio de iure spāli. si aūt essent capelle regulares vt qr inhabitant ibi monachi tunc tales capelle gaudēt priuilegio monasterij: qr monasteria dicit possunt. vt no. Jo. and. post Arch. in c. j. de preben. lib. vj. et Jo. de lig. in cle. j. de excel. prela. facit qd no. Inno. in c. j. de testa. reg. et hec no ¶ † Itē no. que sunt iura epalia ad que tenentur ecclesie diocesis: pmo eñ tenent ad canonicā obedientiā et per hanc recognoscūt epm in iudicē. pro hoc. c. quāq. xxiij. distin. et ad hanc tenent non solū clerici sz ēt laici quātūcunq potentes in his q̄ cōcernunt animā: vt in c. omnes principes. de ma. et obedie. Scdo tenent ad subiectionē et in hoc recognoscunt eū in dñm. facit. c. graue. j. de excel. pla. non tū per hoc intelligas qd debeant seruire vt dño seculari: qr scriptum est: non tanq dominantes in clero. vt j. c. solite. de ma. et obe. dz eñ tractare clericos vt filios. vt in d. c. cū apostolus. et vide bonū tex. cū glo. in c. esto subiect⁹. xcv. dist. vbi no. qualiter dz eps scribere clericis sibi subiectis[b] et cōtra. Tertio tenent ad reuerentiam et per hanc recognoscūt epm in partem. debet eñ reuerentia parētibus et magistris: vt legit et no. in l. antepe. ff. de obse. a li. pa. prestan. Quarto tenent ad istitutionē et destitutionē. et ex hoc no. q institutio et destitutio in oibus ecclesijs diocesis pertinet ad epm de iure cōi. cōcor. c. cum ex iniuncto. de here. in fi. xxj. q. vij. omnes basilice. et c. si quis deinceps. Et intellige de institutione proprie sumpta: nam si in ecclesia est collegium electio prelati ptinet ad collegiū. vt in c. j. de elec. Institutio do seu reformatio ptinet ad epm. xviij. q. ij. c. j. et in c. nihil. s. de elec. Si vero nō est ibi collegiū et ecclīe patronata pñtatio ptinet ad patronū et institutio ad epm. xvj. qō. vij. decernimus. et in c. piementis. et c. filijs. vide glos. in c. quāq. de elec. lib. vj. Si vero non est patronata tūc eps hz institutionē liberā: id est collectionē. vt in iuribus preall. hoc intellige nisi alius prelatus acquisiuerit iure speciali. Item verbū institutio: potest hic cōprehēdere institutionē autorizabilē quo ad curā populi: nam si abbas habet collationem ecclesie curate debet recurri ad epm p institutione autorizabili quo ad curam populi ex quo ppls est subiectus epo. vt in c. j. de capel. mona. lib. vj. et qd legit et not. in c. cū satis. de offi. archi. Per verbū, destitutio denotat potestas priuādi clericū beneficio suo. nā nisi aliud habeat ɔsuetudo ad epm ptinet destitutio omniū clericorū: licet ali⁹ habeat ius cōferēdi i illis ecclesijs. vt in c. j. de capel. mona. lib. vj. et xvj. q. ij. visis. in fi. et quod ibi no. Quinto. hz eps in ecclesijs correctionē quia potest corrigere ea que deuiāt et subditor excessus. vt in c. irrefragabili. et in c. lz. s. eo. Sexto habet reformationē: id est ius reformandi mores: pōt enim facere statuta ad reformationē morū. vt in d. c. irrefragabili. et c. licet. s. eo. Et no. q correctio et reformatio sunt diuersa: dixi in c. irrefragabili. pdicto. Septimo habet iurisdictionē omnium causar ad ecclesiasticum forum pertinentiū. Ex hoc infert ad id qd dixi in c. cum ab ecclesiarum. s. eo. q eps de iure cōi pōt procedere cōtra omnes clericos de dioceſi lz habeat aliū platū inferiorē. Octauo habet penitētias et declara hoc vbū: vt. j. dicā in glo. in ver. penitentias. Nono habet vt oia sacramēta recipiātur ab ipo epo: qd potest dupliciter intelligi: pmo de sacramētis que sunt ordinis epalis vt est ordinis collatio. nā clerici tenent recipere ordines ab epo pprio et non alieno. ix. q. ij. p totū. et. j. de parochi. null⁹. Item ipse habet consecrare virgines et ecclesias: et similia facere q̄ sunt ordinis epalis. vt in c. veniēs. de presc. et pro hec intellectu facit tex. ibi omnium q̄ ab epo et c. Scdo pōt intelligi de oibus sacramētis: nam quilibet de dioceſi dz p sacramentis recurrere ad epm vel ad propriū parochianū. eps enim cōcurrit cū quolibet presbytero parochiali. vñ oēs ecclesie diocesis censent sub vna ecclesia: vt leg. et not. in. c. pe. de pe. et remi. et in c. iij. de offi. archipsby. et presertim hoc pcedit in clericis q presunt ecclesijs parochialibus: nam isti immediate subsunt epo et ad eū debēt recurrere p oibus sacramētis. vñ dicit Hosti. et bene: caueāt sibi abbatēs et canonici ecclesiarū cathedraliū et alij rectores ecclesiarū qui immediate subsunt epo vt ad eū recurrāt in cōfessionibus: nā ab alijs non possunt absolui cū a iudice non suo absolutio facta non teneat. vt in c. omnis. de peni. et remis. dicit tñ q nō vult dānare eos q hoc hacten⁹ nō obseruauerunt si mortui sunt sed reliquit eos diuino iudicio. Decimo hz synodū. i. oēs clerici ecclesiarū tenent ire ad synodū epi. i. ad cōgregationem cleri corū quam annuatim debet facere: nā eps facit synodum: et archieps conciliū puinciale eporū: vt in c. sicut. de accu. et de his duobus et q debeāt iteresse. vide p Inn. in c. graue. de prebē. Undecimo hz synodaticū vel cathedraticum. i. duos solidos argēteos vel aureos sm loci cōsuetudinē a qualibet ecclesia et an possit pscriptione illud tolli vel remissione epi: dixi in c. cū venerabilis. de reli. domi. Duodecimo habet quartam de cimar ac mortuariorū. Et ex hoc no. et tene mēnti q de iure cōi decime nō ptinēt ad epm sed ad ecclesias parochiales. sz q̄rta decimarū debet ipi epo ab ecclesijs pcipiētib⁹ decimas. et no. q ibi aliud non hz ɔsuetudo ex mortuarijs. i. ex his que relinquūtur ecclesijs occasione funerū debet quarta: lz aliud dicat gl. Tertiodecimo habet visitationem annuatim: nam de iure cōi pōt singulis annis visitare ecclesias sibi subiectas. habet etiā pcurationē rationē visitationis que debet exigi cōsideratis facultatib⁹ ecclesie. Ultimo pōt petere subsidiū ex causa manifesta et rationabili:[c] puta qr epatus est grauatus onere debitorū vel est tenuis et nō sufficit ad eum idonee sustētandū vel vult ire ad cōciliū vel ad papā seu regem p cōmunib⁹ negotijs vel qd simile. ¶ Et not. qd ad hoc charitatium subsidiū[d] tenent etiā capelle subiecte monasterio.* An aūt ipsa monasteria teneant: est dubiū. et dic vt dixi in c. j. de sta. reg. et in c. cū apostol⁹. de censi. ¶ † In gl. j. in fi. Not. tria ex hac glo. pmo quia petitio iuriū epalium est vniuersalis. Inno. dicit q est generalis. nam illa petitio est vniuersalis cum petitur vniuersum ius. exemplū in petitiōe hereditatis et in iudicio familie hercisciūde: nam venit in istis vniuersum ius defuncti. Petitio vero generalis est cū comprehendit in se multa capitula sicut in actione p socio vel tutele seu negotiorū gestorū, et talis videtur esse petitio iuriū epalium qa petens ius epale non petit vniuersum ius ecclesie: sed q̄dā capi

a ¶ Acquisiuisset. Adde Bal. cōsil. j. lib. v. Sebasti. Sapia.
b ¶ Subiectis. Vide q dicit Bald. i. l. fi. p illū text. C. de bo. q̄ lib. vbi ampliat qd dicit Ab. hic etiā pcedere in exēptis. et hoc etiam voluit Ang. i. l. sz si hac. §. patronū. ff. de i ius voc. et i. l. alia. §. elegāter. ff. sol. matrimonio.
c ¶ Et rationabili. Sz qñ ɔstabit de causa rationabili dic q statur arbitrio supioris: sm glos. in c. cū apostolus. §. prohibemus. de censi. sed q̄ties et quātū pe tet. dic q stabitur suo arbitrio: ita dixit do. Car. i. p. c. cū apostol⁹. §. prohibem⁹. Andre. Barba.
d ¶ Charitatiuū subsidiū. Quib⁹ ex causis debeat charitatiuū subsidium not. Old. cōsi. ciiij. inci. circa ppositā. Bal. in l. j. in fin. C. de ope. lib. in. l. si qs ad declinandam. §. in omnib⁹. col. iij. C. de epi. et cle. et q possit peti ēt ab iferiorib⁹ epo tenet Car. in cle. j. §. j. in fi. de sup. negli. prela. nunquid autem possit exigi ab exēptis: tradit Car. in cle. j. §. j. de excef. prelat. vbi tenet idem qd Abbas hic.
e ¶ Monasterio. Adde late eundē consi. xxvj. et ad. j. dicēda. maior claritas apparebit.

a ¶ Exprimere. ad de Alexan. consi. clxxxiiij. ij. lib.
b ¶ In quãtitate. Adde Lap. alle. xxx.
c ¶ Esse aurei. Vide tex. i. l. cum ex falsis. ff. de manu. test. coniuncta. l. papinianꝰ. §. fi. ff. de inof. te. vbi intelligit de auro. vide Jo. an. in. c. fi. de iude. And. barb.
d ¶ Solidi. Adde Alex. cõs. clxxiiij. Anto. Franc.
¶ Ex qt aureis cõstet libra. dicas q̃ q̃ncq̃ cõstat ex centũ aureis: vt p Bar. & doc. l auf. sed nouo. C. si cer. pe. hodie vo stat ex. cxvj. ducatis venetis. sʒ Bar. in. l. qties. hic all. p. d. ab. & de hmõi libra auri vel argẽti & eris: vr ẽt i l. fi. ff. de i ius vo. & in. l. scribit qntꝰ. i fi. ff. de au. & ar. le. & adõ q. xij. vncie faciũt librã. l. j. & ij. C. de metal. li. xj. & adde qd librare est ad libram q̃ hʒ certũ põdꝰ aliqd librare: ponderare: & eq̃re: vt hr̃ in c. j. de re iu. li. vj. & i cle. pastoralis. i §. nos circa. de re iud. & i. c. ois. xv. dist. & de libra argẽti: ẽt hr̃ in. l. j. C. de argẽ. pretie. li. x. & vide de hmõi libra auri & argẽti: p Alex. in. l. cũ de indebi. ff. de pba. Sebasti. Sapia.
e ¶ Librã auri. vide glo. & doc. in. §. pe. isti. de atti. tu. & i. l. qcũq̃. C. de ser. fug. & Pau. de. ca. i. l. fi. C. cõia de le.
f ¶ Inferiori prelato. Adde cald. cõs. j. de prescrip.
g ¶ Nõ decet. vide hic Host. & alios. vide tex. i. l. semp in cõiũctionibꝰ. ff. de ritu nup. et ibi Bal. arguit h di spẽsatiões q̃s faciũt legati de latere in grãdibꝰ phibitis qñ nõ fit pter aliquaʒ causaʒ honestã puta vt tollat scãdalũ: & siĩa: vide ibidẽ. vide. l. semp in cõuẽtionibus. ff. de

tula seu iura: de quibꝰ hic. & de his petitionibꝰ vniuersalibus generalibꝰ & singularibꝰ: & differẽtiã inter eas plene dico in c. ij. de libel. obla. ¶ †Secũdo no. q in petitiõe vniuersali seu generali non est necesse in libello exprimere ea que cõprehẽdunt sub tali petitione. do. Anto. hic dicit q lʒ nõ sit necesse exprimere: tamẽ si reus petit, tenetur actor exprimere p istuʒ tex. quod tñ ego non puto verum: quia ex quo iura episcopalia sunt in iure expressa, sunt certa & clara & quis non tenetur exprimere[a] ea que sunt in iure. & ad istũ tex. dic vt sentit Inn. quia iste eps petebat multa iura ab istis capellis & quotidie eas vexabat vnde petijt abbas vt exprimeret ea ad que tenebantur capelle: nam potuisset exprimere multa iura consuetudine debita & in istis est necessaria expressio. & dic latiꝰ vt dicã in. d. c. ij. ¶ Vltimo no. q in petitione iurium episcopaliũ generaliter facta non veniunt nisi debita de iure cõi que exprimuntur. In cõtrariũ est tex. iuncta glo. in. c. cõstitutus. de reli. domo. sed reducũtur ibi ad cõcor. vt si est aliquod ius surrogatum in locum iuris debiti de iure cõi tunc illud comprehenditur petitiõe generali: vt ibi. Ratio: quia surrogatũ debet sapere naturam eius in cuius locũ surrogat. vt in. c. ecclesia. vt li. penden. si aũt non surrogat in locũ alterius tunc illud non comprehenditur: vt hic. ¶ In gl. i ver. penitẽtias. oppo. cõtra tex. pro intellectu glo. hic enim dr̃ q pro penitẽtia recurrendũ est ad epm. contra hoc facit. c. omnis vtriusq̃ sexus. j. de peni. & remi. vbi dr̃ q suo presbytero parochiali tenetur quis confiteri vel alteri cum licẽtia ipsius. Sol. glo. ista vt arbitror metu cõtrarij videtur velle intelligere tex. de penitentia publica vel de penitẽtia priuata p maioribꝰ criminibus quorũ impositio & absolutio pertinet ad epm. & intellige in casibus reseruatis epo: nam eps solet reseruare sibi maiora crimina vltra ea que sibi reseruãtur de iure cõi. de quibus vide bonam glo. in. c. ij. de peniten. & remis. lib. vj. Et in eo qd glo. dicit de publica penitẽtia aduerte: nam de iure penitẽtia non debet publice imponi nisi pro crimine adeo manifesto & graui quod habet scandalizare totam vrbem. xxvj. q. vj. in. c. si. & tene menti istum tex. & imponitur hec penitentia in pncipio per epm. prout habetur in. c. capite. l. dist. & no. etiã illum tex. Hoc dictum gl. procederet si tex. loqueretur generaliter de laicis & clericis: lʒ tñ tex. hic loquat de bresbyteris ipsarũ ecclesiaruʒ. Et intelligo tex. ppṙe sine alia suppletiõe prout loquitur. scʒ q pro omnibus penitentijs debẽt ipsi presbyteri parochiales recurrere ad epm: nam cuʒ ipsi immediate sub sint epo nõ possunt ab alio q̃ ab eo absolui vel ab archipresbytero ecclesie cathedralis qui in hoc est vicariꝰ epi. ad hoc tex. not. in. c. officium. de offi. archipresby. & vide plene cui sit generaliter confitendum: per Host. in sum. de pe. & remis. i. §. cui confitendum. in fi. ij. col. Fateor tñ q laici possunt recurrere ad ipsum epm pro omnibus penitentijs: vt. s. dixi. sed nõ tenẽtur nisi pro publicis vel casibus epo reseruatis. In alijs autem possunt recurrere ad propriũ sacerdotẽ: & ideʒ dico in alijs clericis habitantibus intra parochiam. vt in. c. cum ab ecclesiarum. & qd ibi dixi. s. eo. ¶ †Nũquid autẽ valeat consuetudo vt quis possit ad libitum eligere sacerdotẽ cui confiteatur: dicit Host. q̃ nõ: quia hec cõsuetudo non est rõnabilis: quia neminẽ excipit & cura nõ est cõmittenda nisi discreto & examinato. vt in. c. ij. de eta. & quali. & in. c. cũ sit ars artium: eo. tit. non enim omnes presbyteri ad hoc sunt apti. facit. c. cũ in illis. de prebẽ. li. vj. Itẽ per hanc consuetudinem dirũpitur neruus ecclesiastice discipline. & ideo nõ debet valere vt in. c. cum inter vos. de consuetu. & no. hoc dictum cõtra illos qui eligunt sibi sacerdotes ad libitum. fatet tamen Hostien. q si consuetudo haberet vt alicui existenti in dignitate puta abbati: archidiaconi: vel alteri plato fieret cõfessio tunc valeret cõsuetudo: q2 iste nomine dignitatis sue potest prescribere hãc curã & per prescriptionẽ efficitur propriꝰ sacerdos. qd no. pro hoc ego all. tex. in. c. dudum. el. ij. de elec. & c. auditis. & c. cum olim. de prescri. ¶ †In glo. in ver. duos solidos. ibi: sit prescriptum. Vult ego gl. q in quantitate[b] cathedratici currat prescriptio. An aũt possit prescribi q nihil debeatur fuerunt opi. & dic vt dixi in. c. venerabili. j. de censi. & vide bonam glo. x. q. iij. c. j. que dicit se credere q isti duo solidi debeãt esse aurei.[c] & pro hoc facit quia lex appellatione solidoruʒ intellidit de aureis: & antiquitus. lxxij. solidi[d] faciebant vnam librã auri.[e] vt in. l. quoties. C. de suscep. & arca. lib. xj. & ideo deberentur sm illam estimationem, nisi consuetudo sit in oppositũ. hodie vero isti aurei q sunt i vsu cõstituũt librã ex. xcvj. ¶ In gl. in ver. quartã decimationũ. in fi. vult ergo gl. q ex cõsuetudine episcopus percipiebat hic istam quartã. ideʒ Inno. sed alibi cõtra. dico ergo melius q decima de iure cõmuni debetur illi ecclesie in cuius parochia predia sita sunt. vt in. c. fi. j.

de paro. sed quartam partem decimarũ debet ecclesia parochialis dari episcopo iuris episcopalis ratione. & ita loquit iste tex. vnde de iure communi episcopus percipit hanc quartã. & vide tex. in. c. de quarta. j. de prescrip. potest eñi ista quarta prescribi: vt ibi de materia glo. dic vt plene no. in. c. cum cõtingat. j. de deci. & idem dic de quarta mortuariorum: nam lʒ stetur consuetudini tamen illa cessãte debetur quarta: vt est tex. hic. & sic declara gl. seq. ¶ In gl. i ver. pẽsatis facultatibꝰ. ibi iuxta facultates. & no. hic ex gl. iũcto tex. qualiter debeãt se ecclesie habere in solutione procurationũ tẽpore visitationis: nam debent soluere pensatis facultatibꝰ ecclesiarũ. si eñi ecclesia est multũ tenuis q vix sufficit ad tenendum rectoreʒ non debuit compelli ad aliquid soluenduʒ. ad hec. x. q. j. c. decernimus. & c. epm. & satis probat i isto tex. ibi: moderate poterunt exhibere: nam illud dicimus posse qd cõmode possumus. vt in. l. nepos proculo. ff. de verbo. signi. & xxij. q. ij. faciat homo. ¶ †Extra glo. oppo. cõtra tex. in eo. q iste abbas egit vt eps cõpelleretur exprimere que sibi debebãtur a capellis monasterij: nam nemo inuitꝰ compellitur agere. C. vt nemo inui. in rubro & nigro. Solu. Imo. & alij doc. multum instant & varias lec. ponunt ad tex. sed tres sunt principaliores intellectus. Primus q episcopus hic dicebat istas capellas teneri ad multa iura que minime obligabantur & quotidie exigebat plus debito ideo egit hic abbas nomine capellarum, cõdictiõe. l. diffamari. C. de inge. manu. vbi habet q si qs diffamat aliquem dicendo illum suum debitorẽ vel possidere bona sua vel quid simile potest adire iudiceʒ & impetrare vt terminus illi prefigatur ad docẽdũ de intẽtione sua: alr̃s elapso termino imponatur silentiũ. & no. hũc intellectuʒ. videtur ergo competere cõditio illius. l. pro vexatione extraiudiciali: vt hic. & iste intellectus est principalior & notabilior. Secũdꝰ intellectus est: q hic fuit imploratũ officiũ iudicis: qd est latissimum. l. j. ff. de iurisdi. om. iud. & cõpetit semper vbi subest iustitia seu equitas. Tertius intellectus q abbas hic egit negatoria negãdo q iura postulata per epm sibi deberẽtur. et de hac negatoria no. c. examinata. de iudi. & si abbas percipiebat temporalia in illis capellis agebat nomine monasterij: si vero spectabant ad capellas tunc agebat nomine capellarũ quod potest. vt. s. dixi. ¶ Vlti. hic queritur† nunquid ista iura episcopalia possint cõpetere inferiori prelato[f] excluso episcopo: dic q sic: nam põt inferior prelatus prescribere in certis ecclesijs hec iura episcopalia vel partem eorũ sm q possedit: vt. j. de prescri. c. auditis. & c. cuʒ olim. Requirit tamẽ in prescriptione scientia illius puta episcopi qui hec iura possidebat: nam in istis incorporalibus nõ perdit quasi possessio sine sciẽtia possidẽtis. C. de ser. & aqua. l. j. & ij. vnde sm Inn. hic si volo prescribere ius episcopi requiritur ipsius scientia. si vero ius inferioris sufficit scientia illius & non requiritur scientia episcopi: & idem in similibus. & de hoc latius hic per Inno. & in. c. bone. ij. de postu. prela.

1 ☞ Posse non dr̃ quis ea q̃ sunt cõtra honestatẽ vel bonos mores vel ledunt famam estimationem vel opinionem.
2 Episcopus quot & quas personas debet secum ducere dum visitat monasteria. vide per totum.

Vt iuxta. Episcopus visitans monasterium non introducit seculares sed duos vel tres canonicos suos cum aliquibus religiosis. Premittit motiuũ prohibitionis. Secũdo prohibet. ibi: firmiter. ¶ Casus literalis. Precipit hic papa q cum prelati exercent officiũ visitationis seculares secum nõ habeãt per quos possit in claustris dissolutionis materia prouenire: sed duos vel tres de canonicis suis habeat episcopus in decẽti habitu adiunctis sibi aliquibus religiosis. Ber. ¶ No. j. ibi: indecens, q †abstinendũ est ab eo qd nõ decet.[g] ea eñi que sunt contra honestatem vel ledunt famam estimationẽ opinionem vel sunt contra bonos mores nõ dicimur posse. vt in. l. filius. & l. cõditiones. ff. de cõdi. insti. & xxij. q. ij. in. c. faciat homo. ¶ No. ij. q episcopus visitat monasteria sicut & ecclesias seculares. xviij. q. ij. monasteria. & c. j. de cẽsibus. lib. vj. cum si. ¶ †No. iij. quot quales & quãtas psonas potest episcopus introducere in monasteriuʒ tempore visitationis. & aduerte quia in pri. c. tex. videt innuere q nõ debẽt plures persone introduci etiam ad claustrũ: vt ptʒ ibi, in claustro. Sed in ver. firmiter. videtur innuere quod i capitulo dũtaxat introducere non possit. doc. tamen non aperiunt: lʒ puto q etiam ad claustrum introducere nõ possit nisi personas hic contentas propter rationem litere positam in princi. nã debet extendi ad limites rationis. l. cuʒ pater. §. dulcissimis. ff. de lega. ij. ¶ Oppo. cõtra text. & videtur q nõ possit eps secum ducere nisi duos ex canonicis: vt in. c. decreto. et in. c. ad audientiam.

ad audientiā de cleri. nō resi. Sol. doc. ꝙ illa iura procedunt quādo episcopus vult secum semper ducere canonicos. nam tunc non potest vltra duos grauare ecclesiā. sed istud loquit in actu visitationis. nō enim diu priuat ecclesia canonicorum suffragio. dicit tamen Host. ꝙ cōsiderata mēte litere potest plures ꝛ pauciores episcopos secū ducere ſm qualitatē personarum. ¶ Secundo querit nunquid episcopus debeat secum habere psonas dūtaxat hic cōtentas^a dum visitat ecclesias sibi subiectas. Sol. in monasterijs virorū, serua qd hic dicitur: in monasterijs vero monialiū serua cle. attēdentes. de sta. regu. ꝛ hodie vide qd habet in extrauagā. Bonifa. viij. q inci. debet. vbi dicitur ꝙ episcopus visitans capitulū ecclesie cathedralis debet esse cōtentus trib⁹ clericis quorū vnus sit religiosus: debet etiam habere secū vnū notarium clericum. ille tñ tex. tollit consuetudinē in oppositū. vnde nō valet cōsuetudo vt episcopus solus debeat intrare capitulum tēpore visitationis. ¶ In glo. j. in fi. tene precedentē intellectum qui satis iudicio meo probatur in tex. nā exceptio firmat regulam in alijs. xxxij. q. vij. dominus. ꝛ in ca. ij. de coniu. lepro. sed text. hic excludit omnes seculares ꝛ solū admittit duos vel tres de canonicis ecclesie: ergo excludit omnes alios clericos qui non sunt canonici. ꝛ de canonicis fecit tex. mētionē: quia episcopus debet inquirere cum cōsilio capituli sui. vt in c. si quid vero. lxxxvj. dist. ꝛ in ca. qualiter ꝛ quādo. ij. de accu. xv. q. vij. c. episcopus nullius. sed no. bene hunc tex. p limitatione illorū iurium vt totum capitulū nō teneatur nec possit episcopus secum ducere tēpore visitationis monasteriorū. ꝛ huius prouisionis duplex potest esse ratio vt ꝯsulat monasterio ne in tanta turba fiat visitatio. secundo fauore ecclesie cathedralis ne destituat ecclesia suffragio canonicorum maxime in visitatione totius dioceſi. ꝛ sic limita gl. seq.

1 Monasteria possunt habere iurisditionem tēporalem ꝛ episcopalem in subditos.
2 Sententie verba sunt stricte intelligenda.
3 Antiquitas tēporis prebet iustam causam aliquid petendi.
4 Monasteria an ꝛ quibus subsint iurisditioni episcopali: ꝛ in quibus sint exempta. vide per totum.
Monasteria an sint obligata ad decimas prediales.

Dilectus. Lex diocesana ꝛ lex iurisditionis sunt diuerse vnde res iudicata in vna non obstat agēti in alia. In prima ponitur partis conquestio. In secunda pape prouisio ibi: cum igitur. ¶ Casus literalis. Inter abbatē monasterij Rhotomagen. ex vna parte ꝛ episcopum Veneteñ. ex altera questio sup quibusdā questionibus vertebat. dicebat abbas ꝙ tertia pars emendarū quas hoies quinqꝫ parochiarū, pro suis excessibus soluere cōpellunt ad suū spectat monasteriū ab antiquo: ꝛ ꝙ orta qōne ecclesiastica inter hoies dictarum parochiarū citatio pertinebit ad ipsum abbatē. sed examinatio ꝛ decisio q̄onis ad ipsum epm Veneteñ. ꝛ ad ipsum abbatem cōmuniter pertinebant: sed eps super his ꝛ super emendis inquietabat abbatē super his de consensu partium litere fuerunt impetrate a dño Inno. ad istos iudices per quos mādabatur eisdē vt auditis hincinde propositis causam sufficienter instructam remitterēt ad apostolicam sedem: corā quibus dictus episcopus processum istorū iudicū impediebat occasione cuiusdam sententie late sup quibusdā ecclesijs quo ad legem diocesanam pro isto episcopo. sed quia iudices nō procedebant supplicauit prefat⁹ abbas domino pape Ho. vt cū citatio: causarum examinatio: decisio: ꝛ emende ad legem iurisditionis pertineāt occasione snīe supradicte nō permitteret impediri processum iudicū predictorū. super his scribit Host. predictis iudicibus mandans ꝙ cū predicta d lege iurisditionis existant quatenus non obstante huiusmodi sententia pcedant in negotio iuxta traditam sibi formam. Ber.

1 ¶ † No. j ꝙ monasteria possunt habere iurisditionē episcopalem seu iurisditionē temporalē atqꝫ etiā exigere condēnationē pecuniarū pro excessibus subditorū. Et ex hoc ꝛ ex tex. no. arg. opti. ꝙ iudex ecclesiasticus pōt imponere seu infligere recondēnationē pecuniariā: ꝛ per consequens potest mulctare subditos ꝛ mulctam seu cōdēnationē cōuertere ad vtilitatē ecclesie. de quo vide qd plene dixi in c. licet. de penis. et bene facit. xvj. q. j. in c. statuimus. ꝛ per Hosti. in cap. j. de homi. 2 lib. vj. ꝛ qd dixi. s. eo. irrefragabili. in fi. ¶ † Secūdo no. ꝛ tene mēti argu. opti. ex isto tex. ꝙ verba sentētie sunt stricte in-b telligenda. b ita ꝙ nō debēt habere illum intellectū quē ex c lata vocabuli significatione habere possunt: c sed debent restringi ad illum intellectū quem stricte habere possunt. hoc probat in tex. hoc modo. nam lex diocesana ex lata vocabuli significatione comprehēdit etiam ea que sunt iurisditionis: vt probatur in c. auditis. de prescrip. ꝛ no. etiā hic gl. ꝛ tamē sentētia hic lata super lege diocesana non comprehendit ea que sunt de lege iurisdictionis sed capitur lex diocesana stri-3 cte prout ꝛ species distincta a lege iurisditionis. ¶ † Not. ibi ab antiquo. ꝛ tene menti ꝙ in exactione iuriū potest actor se fundare super antiqua ꝯsuetudine dūtaxat. hic enim abbas non allegauit priuilegiū nec aliquā aliam iustam causam in vendicatione istorū iuriū: sed solummodo dicebat ꝙ ab antiquo ista pertinebāt^d ad eum. facit ad no. in c. peruenit. de cēsi. vbi doc. ponūt aliam practicā. nam dicit ibi Jo. an. ꝙ petens censū sibi debitum ab antiquo de cuius initio nō est memo-d ria potest dicere in libello peto talem censum ex iusta causa^d ab initio impositū: ad quod pbandū induco tēpus de cuius initio nō est memoria: quasi innuat ꝙ tps debet adijci ad probationem cause. hic enim habes aliam theoricam vt precise possit actor se fundare super tempore vt qd ab antiquo talis census sibi debetur. pro hoc facit. c. ad apostolicā. j. de simo.

4 ¶ † In glo. ij. diuide hanc glo. principaliter in duas partes. In prima parte glo. ponit diuersitatē inter legē diocesanā ꝛ legem iurisditionis. In scōa parte psequit an monasteria cum eorū capellis subsint episcopo quo ad vtrāqꝫ legē. Et in prima parte glo. psequēdo aliqua singularia que spectant ad vtrāqꝫ legē videt ponere vnā regulā ꝙ ea que consistunt in recipiēdo sunt de lege diocesana vt dare cathedraticū vel aliud exhibere seruitiū. ea vero q cōsistūt in dādo spectāt ad legem iurisditionis vt collatio sacramētorū ꝛ similia. ꝛ simile glo. habes. x. q. j. in summa. Inno. latius psequitur hanc materiam in c. j. de sta. reg. ꝛ ibi primo prosequit hanc materiā ponendo ea q spectāt ad vtrāqꝫ legē. postmodū dicit ꝙ non potest in hac materia dari regula inuariabilis ꝛ certa: quia in iuribus antiquis nō reperit ꝙ aliqua sint de lege diocesana. ꝛ aliqua de lege iurisditionis: sed solū in hac decretali nova que tamē plene nō explicat: sed solū facit mentionem de his que cōtinentur i tex. vnde: vnica est lex: episcopi: scꝫ diocesana sub qua cōprehendit lex iurisditionis: vnde solum in expressis a iure possumus facere istam diuersitatē inter istas leges: sed quia iure cautum est ꝙ monasteria non subsunt epo quo ad legē diocesanam. vt in c. j. x. q. j. possumus dicere ſm eū ꝙ ea a quibus monasteria reperiunt a iure exempta sunt sub lege diocesana: reliqua vero spectabūt ad legē iurisditionis: ꝛ hec doctrina melior est ꝛ communior theorica glo. nā illa regula glo. nullo iure probatur: nullibi enim dr qd ea que cōsistūt in recipiendo sint de lege diocesana: ꝛ ea q cōsistunt in dando sint de lege iurisditiōis. Et hec regula aperte vr reprobari: primo in eo ꝙ procuratio consistit in recipiendo: et tñ monasteria nō sunt exempta a procuratiōe debitā ratiōe visitatiōis: vt in c. sopite. ꝛ c. venerabili. de cēsi. ¶ Itē quarta mortuariorū cōsistit in recipiēdo: ꝛ nihilominus monasteria ad illam tenentur. vt in c. requisisti. j. de testa. Item synodus nō cōsistit in recipiendo quinimmo episcopus ibi preest ꝛ exercet iurisditionē ꝛ punit contēnentes venire: ꝛ tamen ſm glo. synodus est de lege diocesana. Tene ergo pcedentē theoricam Inn. ꝙ vltra ea q sunt in iure expressa ea solū dicem⁹ de lege diocesana a quibus monasteria reperiunt exempta. fuerunt enim ista vocabula magistralia potius q iuris. Et ideo vt habeamus clare hanc materiā discurrā p singulares casus q videntur esse de lege diocesana. ꝛ videbimus p hos casus a quib⁹ sunt monasteria exēpta ab episcopo. Et primo ſm Inn. in d. c. j. cathedraticū est de lege diocesana. all. x. q̄. ij. c. j. illud ttamē. c. hoc nō pbat: sed melius facit. c. quam sit. in fi. xviij. q. ij. quē tex. tenebis menti: quia est pricipalis i hac materia in fauorem monasteriorū. Dicit enī inter cetera ꝙ nullis vexationibus vel obsequijs secularibus: id est ad que tenentur ecclesie seculares vel canonicis iuribus subijciūtur monasteria. Et no. hoc vltimū: nam sub hoc sensu potest cō-e prehēdi solutio cathedratici.^e facit etiā. x. q̄. iij. inter cetera. ¶ Secundo decima pars oblationū est de lege diocesana. x. q. j. de his. ꝛ c. antiquos. ſm Inn. aduerte olim ecclesia tenebatur dare episcopo quādoqꝫ medietatē: qñqꝫ tertiam partē oblationū sed monasteria erant exempta ab illa solutione: et etiā hodie sunt exempta. vt in c. j. de sta. reg. ꝛ in c. nimis. de exces. pla. ꝛ in c. cū p vtilitate. xvj. q. j. hodie autē etiā ecclesie seculares non tenent aliquid dare epo de redditib⁹ aut oblationibus nisi in casib⁹ a iure expssis: de quib⁹. s. c. cōquerēte. ꝛ probat. x. q. iij. c. j. ꝛ ij. Dubitat tñ hodie nunquid de donationibus interviuos teneantur ecclesie soluere quartam epo sicut tenentur de donatione causa mortis. Hanc materiam vltra alios examinaui in d. c. requisisti. ꝛ dic vt ibi. Sꝫ in monasterijs habes adhuc hodie hāc specialitatē: quia lꝫ non habeāt parochiā ꝛ curam animarum: sed sint intra parochiam

reg. in. vbi est glo. singu. q dicit ꝙ lꝫ ꝯhēres possint se decipe in ꝑtio nō tñ decet bonū virū. vide eā ꝛ q ibi in tex. remis. vid gl. in l. in eadē. ff. ex q. cau. ma. vbi si qs est nud⁹ vel male vestit⁹ excusat ibi dicit Nic. d ncap. ꝙ si nobilis stat i domo ꝛ verecundat q2 est male indut⁹ restituit aduersus lapsus tpis. facit qd dixit Bar. i. l. vt vim. ff. de iusti. ꝛ iure. ꝙ nō decet ꝙ nobilis fugiat ideo si occidit cū posset fugere nō punit d occiso: facit qd voluit bal. in. l. fili⁹. ff. de ꝯd. insti. facit. l. cōditiones. eo. ti. ꝛ qd habet in. l. nepos pculo. ff. de v sig. ꝛ qd habet i. c. cū ab omni. de vita ꝛ hone. cle. ꝛ id dixit do. Card. in c. ppēdim⁹. de sen. excōi. ꝙ oē indecēs reputat ipossibile apud theologos. ꝛ pondera quia in certis iurib⁹ exprimit ista indecentia. qd in alijs casibus: dicas idē si sunt similes p id qd no. in c. cū dilecta. de ꝯfir. vti. vel inuti. Andre. barba.

a Sebasti. Sapia. ¶ Hic contētas. Vide maria. sozi. in trac. de visitatione. in. iiij. charta. col. j. cum seq.

b ¶ Stricte itelligēda. Adde Andre. cōsil. ciij.

c Sebasti. Sapia. ¶ Habere pñt. vide tñ Are. in. l. cū lege. C. de testa. ꝛ q tradunt in auf. quas actiōes. C. de sacrosan. eccle. ꝛ in. c. rodolph⁹. s. de rescrip.

d ¶ Iusta causa. Adde qd voluit idē Abb. cōsi. lvj.

e ¶ Et not. Adde Abb. cōsi. s. sile. xxvj.

Anto.Franc.
a ¶ Religiose.Circa hoc qd̄ hic dr̄ obla tiōib⁹ q̄ fiūt ima gini d̄picte ī aliq̄ parochia alicu⁹ sacerdot̄ pochia lis q̄ d̄eant̄ eccl'ie pochiali:vid̄ ple. p Ange.ī sua dis. q̄ ici.ī ffulgēti pa latio d̄litiaꝝ.imo oblatiōes q̄ fiūt ī missa religiosoꝝ debēt esse pochie vid̄ tex.ī.c.j.d̄ sta. reg.⁊.ī.c.j.⁊ ī.c.ni mis.d̄ exc.p̄l.⁊ vi de Jo.an.ī rub.d̄ paro.tñ gl.ī cl.j.ī v̄.audeāt.d̄ ex.p̄l. vr̄ d̄re q̄ r̄ligiosis lз r̄cipe oblatiōes d̄ q̄ vide p beatū tho.ƺ.ij.q.lxxxvj. vbi ēt d̄t q̄ obla tiōes sūt d̄ p̄cepto sicut d̄cime.⁊ vid̄ bo.glo ī.c.cleric⁹. xc.di.⁊ hr̄ ī.c.sta tuim⁹.xvj.q.j.⁊ ī c.oīs xp̄ian⁹.⁊ ibi p Arch.d̄ ɔ̄s.di.j. ⁊ p Host.ī sum.d̄ paro.l.§.ī gb⁹.iv̄. s3 nūq̄d.⁊ hr̄ ī.c.q oblatiōes.xiij.q. ij.⁊ cui⁹ d̄beāt eē oblatiōes q̄ fiūt ī ɔ̄secratiōe epi.vi. tex.ī.c.⁊ si qões.d̄ simo.⁊ pl⁹ d̄t q̄ d̄ bēt eē ɔ̄secratoris ⁊ an oblatiōes al taris possit vēdi laicis.vi.gl.ī.c.al tar̄.j.q.iij.q̄ dicit q̄ nō:qd̄ ēt voluit arch.ī.c.sctōꝝ.x. q.j.vbi d̄t q̄ ɔ̄sue tudo ē ī ɔ̄triū.⁊ d̄t se mirari q̄ papa illā toleret:et an hmōi oblationes sint d̄ p̄cepto:vid̄ do.Car.in rub.de deci.⁊ hr̄ p glo.fi. in.c.duo.xij.q.j. Sebasti. Sapia.
b ¶ Parochial'z. varias opi.sup h̄ art.p̄seqr̄ Mari. soзı.ī tra.d̄ obla.ī xviij.libel.s3 opi. q̄ tз Ab.h̄ seq̄r̄ Car.ī cle.j.ī.vi.q. d̄ sup.ne.p̄l.⁊ hāc op.dicit eē cōem Troil⁹ maluiti⁹ trac.oblationū.ī iiij.dub.ī.vj.col.
c ¶ Charitatiuū3. Adde eundē ɔ̄si. xxvi.s.all'.
d ¶ Diocesana.ad de an si ep̄s h3 iu risditiōe3 ep̄alē ī ciuitate illa dicat̄ d̄ lege diocesana. cal.ɔ̄s.vl.h̄ eo.ti.

alterius ecclesie:tñ oblationes que ibi fiunt cedunt monasterio ⁊ non ecclesie parochiali vel episcopo .secus autem est in ecclesia seculari nō curata:nam in ea puto q̄ oblationes que ibi fiūt cedunt ecclesie parochiali in cuius parochia capella sita est:quia cū oblationes sint de iure parochiali parochialis ecclesia fundat intentū de iure cōi super oībus prouentibus spiritualibus p̄uenientibus intra parochia3:vt in.c.pastoralis.de his q̄ fi. a prela.p̄bat tex.per locū a speciali in.c. ad audientiā.el.j.ꝭ.de eccle.edifi.⁊ ibi dixi.facit etiā.c. ex trāsmissa.de prescrip.⁊ per hoc alias dixi q̄ oblationes que fiunt imagini religiose[a] existēti intra parochiā in quocunq̄ loco spectant ad presbyterū parochialē[b] non aūt ad dñm domus in cui⁹ muro magno depicta est maxime si est persona secularis:quia non potest habere vsumfructum rei religiose : nam religiosa non sunt in dñio alicuius.ad predicta facit glo.no. l.statue. ff.de vsufru.vide tñ alias consilium do.Ang.de peru.consulentis q̄ ille oblationes non p̄tinebant ad dñm domus sed ad ep̄m.Quo ad primū membru3 bene dixit.s3 quo ad secundū minus p̄fecte locutus est.debuit enim distīguere vtrū illa imago sit cōtra parochiā alicuius ecclesie īferioris. ⁊ tūc p̄tinet ad illā ecclesiā:aut nō est in parochia alicuius:et tūc p̄tinet ad ep̄m.simile in decimis noualibus:vt est tex.bo. in.c.qm̄.ꝭ.de deci.¶ Tertio s̄m Innocē.decima seu quarta pars decimarū ⁊ funeraliū seu mortuarioꝝ est de lege diocesana.all'.xvj.q.j.c.questi.⁊.c.decimas.cū simi. sed in hoc iudicio meo non bene loquit̄.primo quia ad quartā mortuariorum tenent̄ monasteria ⁊ omnia loca pia:vt in.d.c.requisisti. Item ad decimas prediorū tenent̄ monasteria:nisi specialiter sint exempta.hoc p̄bo apertissime:nam ius ex priuilegio speciali eximit religiosos a solutione decimarū cum proprijs laboribus ⁊ sumptib⁹ excolūt predia:vt habet̄ ī.c.ex parte.⁊ c.dilecti.⁊.c.suggestū.⁊.c.nuper.ꝭ.de deci.quinimo p̄uilegiu3 Cisterciēsiū fuit restrictum quo ad predia acquirenda: vt in d.c.nuper.¶ Concludo ergo q̄ omnia monasteria tenentur soluere decimā predialē nisi tm̄ ī casib⁹ ī quib⁹ specifice sunt priuilegiata:de quibus habes in iuribus superi⁹ all'.et vide tam in predialibus q̄̄ in p̄sonalib⁹:qd̄ dixi in ca.nouum genus.ꝭ.de deci.vbi generaliter dixi tam in monasterijs quā de ecclesijs secularib⁹ q̄̄ de clericis respectu eorum patrimonij: an ⁊ quando teneantur ad decimas p̄diales vel personales. Item si dictū Inno.intelligit̄ in quarta decimarū que debetur episcopo ab ecclesia que percipit decima3 ab alijs adhuc non procedit dictū suum:quia si monasteriu3 percipit istam decimā ab alijs qua forte habet parochiā tunc tenetur dare quartā episcopo sicut ecclesia secularis quia monasteriu3 populum habens non exēptu3 subest episcopo ratione populi quo ad vtrāq̄ legē sicut ecclesia secularis.hoc vult idē Inno. in.c.qd̄ super his.de maio.⁊ obed. vbi vide.sensit etiam glo. in.ij.parte.facit tex.l.c.ex ore.de priui.sic etiā potest intelligi c.conquerente.s.eo.⁊ in hoc etiā hec glos. non bene dixit in quantū dicit q̄ quarta mortuarioꝝ ⁊ decimarum est de lege diocesana.hoc enim vt dixi nullibi p̄batur :imo potius p̄batur oppositu3 ex quo monasteria nō reperiūtur exēpta :⁊ tñ sunt exempta a lege diocesana.¶ Quarto de lege diocesana est vt episcopus possit publicā missam dicere in qualibet ecclesia sue diocesis ⁊ ibi eligere cathedram causa p̄dicandi vel causa audiendi.al'.Inn.tex.in.c.luminoso.xviij.q.ij. Aduerte quia illud.c.nō dicit q̄ ista sunt de lege diocesana:sec solu3 dicit q̄ episcopus non poterat p̄dicta facere in monasterio: de quo ibi.⁊ per hoc Inno.voluit ponere illā regula3 in quolibet monasterio:quia ex quo monasteriū reperit̄ exemptum ab alijs oneribus videtur de lege diocesana:sed aliqui voluerunt:vt ibi recitat glo.q̄ illud.c.loquat̄ in monasterio exempto nō aūt procedit in omnibus monasterijs:sed fauore monasteriorū vt quietius viuant religiosi potest teneri ille prim⁹ intellect⁹:p quo facit.d.c.quam sit.in eo q̄ dicit q̄ obsequijs secularib⁹ ⁊ alijs canonicis iuribus nō subijciūtur monasteria.¶ Quinto est de lege diocesana:s̄m Inno. charitatiuum[c] subsidiū.⁊ illud dictū Inno.recitat hic Joā.an.⁊ simpliciter cū eo trāsiuit.sed aduerte:q2 aliud sentit tacite Innocen.in illo.c.in fi.⁊ aliqui ɔ̄sulucrunt q̄ monasteria teneātur ad charitatiuū subsidium quinimo sentiūt aliqui q̄ etiā exempti tenentur quia episcopus etiā in aliquibus est iudex exemptoꝝ.ad predicta vide bonū tex.iuncta gl.in ver.ī exigēdo.in cle.j.de exces.prela.⁊ dic vt plenius dixi in.c.cum apostolus.de censi.⁊ in.c.j.de sta.reg.¶ Sexto est de lege diocesana vt pro negotijs cōmunib⁹ possit episcopus impetrare et mittere quemcūq̄ clericū vel ad curiam vel ad aliū locum expedientē:nec potest clericus sic deputat⁹ reluctare.⁊ p hoc sentit Inno.q̄ monachū non potest episcopus mittere sine cōsensu abbatis .sed in ɔ̄triū habes tex.iuncta glos.in.c.quidam monachi.xvj.q.j.sed fauore religiōis ne detur materia vaganti satis potest teneri distinctio quam ponit Inn.ī.d. c.j.qd̄ aut monasterium habet populum:⁊ tunc in concernētibus curam potest episcopus mittere monachū sicut ⁊ clericum secularē:al's secus.⁊ pro hoc allego.d.c.quam sit.vbi dicit̄ q̄ monasteria non debent subijci aliquibus angarijs ⁊ vexationib⁹.¶ Septimo est de lege diocesana vocatio ad exequias seu sepulturas:nā in aliquibus locis est de consuetudine q̄ mortuo prelato vel sacerdote vocant̄ omnes clerici ciuitatis ad exequias. ad istas autē nō compelluntur venire religiosi s̄m Inno.in.d.c.j.voluit gl.hic.facit tex.xvj.q.j.ī.c.placuit.j.¶ Octauo synodus est de lege diocesana : s̄m Inno. ibi.⁊ glo.hic.⁊ sic abbas non tenetur ire ad synodum ep̄i.all. Inno.in.c.fi.xviij.dist.sed iudicio meo illud ca.probat oppositum:sed forte voluit allegare ca.episcopus.quod ponit̄ ibi pro palea.ea .dist.in hoc tamen sunt opi.de quibus dicam latius post Host.ꝭ.eo.ca.qd̄ super his.¶ Nono est de lege diocesana vt ecclesie contribuant cum ep̄s vult ire ad papam vel ad regem vel ad concilium.⁊ not.hoc vltimum q̄ ep̄s eundo ad concilium potest petere subsidiū a clericis:nam vadit pro communibus negotijs.⁊ no.singu.quia per hec Inno.sentit q̄ monasteria non teneantur ad ista cōtribuere:sed postea videtur Inno.recedere ab hac opi.dicēs vel dic q̄ sunt de lege iurisditionis:⁊ nihil aliud dicit.Pro prima opi.facit text.in d.c.quam sit.sed pro secunda quam puto veriorē adduco bonum tex.in cle.j.⁊.ij.de censi.vbi tex.vult.q̄ ad onera communia debent religiosi contribuere nisi sint exempti ex priuilegio speciali vel alia legitima causa puta prescriptiōe. Et no. hoc vltimum in eo q̄ ibi p̄batur in tex.iūcta glo.q̄ valet prescriptio vt ecclesia particularis non teneatur contribuere cū alijs ecclesijs in oneribus communibus:⁊ ita in p̄sentiarū intendo specialius ⁊ latius ɔ̄sulere.¶ Decimo hospitiū ⁊ alia obsequia sunt de leg.diocesana:s̄m glos.hic ⁊ Inno.in.d.c.j. pro quo optime facit.d.c.quam sit ex quo not.q̄ monasteria non possunt compelli per ep̄m ad hospitandū aliquem prelatum vel dñm vel q̄ p̄stent alia obsequia.¶ Undecimo vltra Inno.in gl.potest dubitari vtrum letanie ⁊ alie processiōes sint de lege diocesana:⁊ per cōsequens vtrum monasteria ad ista teneant̄:nam de alijs clericis secularibus nō est dubium vt.xxxviij.dist.quando.sed in religiosis etiam mendicātibus non reperio nisi vnum tex.qui de hoc loquat̄ qui habet̄ in.c. nimis.ij.de exces.p̄la.qui videt̄ velle q̄ ex causa leui non p̄ōt episcopus p̄cipere religiosis vt vadant cum eo processionaliter.secus dicunt ibi doc.si ex magna causa fieret processio:vt puta in nouo introitu episcopi vel legati vel imminēte peste vel alio flagello vel in generalibus letanijs que appellant̄ rogationes que sunt per tres dies ante ascensione3 domini:de quibus in ca.rogationes.de conse.dist.iij.⁊ hec no .Ex predictis habes vtilē materiā a quibus sc3 monasteria sint exempta ⁊ per cōsequēs que sunt de lege diocesana:[d] ⁊ conclude q̄ extra casus a iure expressos quicūq̄ dicit aliquid esse de lege diocesana ⁊ per cōsequēs monasteriu3 non teneri ad hoc d3 hoc probare .habes etiam concludere q̄ reliqua sunt de lege iurisditionis argu.in.l.j.ff.de his qui sunt sui vel alie.iu. Ad vnum tñ aduerte in eo q̄ glo.hic.⁊ Inno.in.d.c.j.dicūt quod collatio ordinū.cōsecratio virginum ⁊ ecclesiarū ⁊ eoru3 que sunt ordinis episcopalis sunt de lege iurisditionis.nam hoc non videtur posse procedere:q2 si essent iurisditiōis possent delegari ad non habentē ordinē ep̄alē.Et in cōtrarium videtur tex.in.c.aqua.ꝭ.de cōse.eccle.vel alta.vbi tex.aperte dicit q̄ ista nō sunt iurisditionis sed ordinis episcopalis:⁊ est hoc forte arg.nō solutū per doc.sed dicit ⁊ effectus istorum sacramentorum procedit ex ordine episcopali ⁊ nō ex iurisditiōe: vnde legatus pape non episcopus nō p̄ōt ista conferre quātūcunq̄ habet iurisditionem ampliore3 episcopo.facit.c.suffraganeis de elec.⁊ qd̄ no.in.c.trāsmissam. eo.ti.sed quaten⁹ ista applicātur ad personā ordinati sunt iurisditionis : quia episcopus non potest ordinare nisi illum in quem habet iurisditionē ⁊ si cōtrariu3 facit l3 imprimat̄ character : quia nō caret potestate cōferendi non tamē dat̄ exercitiū. vt.ix.q.ij. per totum.⁊ in.c.nullus.ꝭ.de paroc.imo punit̄ episcopus q ordinat non subditum,vt in.c.fi.de tēpo.ordi.li.vj.⁊ hoc respectu ista dicuntur de lege iurisditionis quare p̄pter iurisditionem quam episcopus in subditos suos habet debent isti subditi ab eo ⁊ non ab alio episcopo recipere ista sacramenta nisi sint exempti.vt in.c.veniens.de prescrip.¶ Extra gl.cōtra text .opp.de ca.recolētes.ꝭ.de sta.regu.probatur q̄ religiosi non debent habere villas vel alia regalia:sed iurisditio de qua in tex.est de regularib⁹:ergo male.Sol.dicūt doc. hic

q̄ contrarium

ꝙ ꝯrium loquitur in cistercienſibus ⁊ in penis proueniētibꝰ ex iuriſditiōe tēporali ⁊ eſt exhortatio ſm eos. ⁊ no. hoc vltimū. Illud vero. c. loquitur de alijs religioſis ⁊ de pecunia ꝑueniente ex iuriſditione ſpirituali: ſed dic ꝙ etiam in iuriſditione tēporali poteſt ꝓcedere. nam tex. dicit ꝙ pro eorum exceſſibus ſoluebāt iſti homines pecuniam nec reſtringit ſe ad exceſſus eccleſiaſticos. pro hoc tex. in. c. ij. de deli. pue. ⁊ c. ſi. ne cle. vel mona. li. vj. ⁊ in. c. j. iuncta ſupraſcriptione. ī. de cōſan. ⁊ affini. vbi habetur de abbate Caſſieñ. habente iuriſditionē temporalem ⁊ ſpiritualem in pluribus caſtris. Reliqua que hic incidenter tanguntur per docto. expediūtur in. c. licet. de penis. vbi dixi an ⁊ quando eccleſiaſticꝰ poſſit imponere penam pecuniariam.

1 ☞ Papa ſi reſcribit epō Fulgitani vt prouideat alicui de beneficio poterit eps ſibi prouidere de beneficio alīs exēpto a iuriſditione epiſcopi.
Exemptus nemo dicitur a iuriſditione pape.
2 Clerici vnius dioceſis pñt ſpectare ad epm alterius dioceſis.
Dioceſis tota de iure ⁊ regulariter ſpectat ad epm ipſius.
3 Exemptus non poſſet etiam ſi vellet ſubmittere ſe alterius iuriſditioni ſine licentia pape.
Excōicatio vel alia ſnīa lata in exemptum eſt ipſo iure nulla.
4 Excōicatus nō pōt abſolui niſi ab habēte iuriſditionē ī epm.
5 Exempti ſunt ſub iuriſditione delegati pape.
Ordinarius cēſetur effectus delegatus ſi papa ſibi reſcribit tanꝗ cuilibet extraneo.
6 Collatio beneficiorū exemptorū nō pertinet ad epm loci ſed ad papam negligente collatore exempto. ⁊ nu. 7.
8 Nullus nulla ⁊c. denotat omnimodā excluſionem.
9 Archieps an habeat poteſtatem in ſubditos ſuffraganei data negligentia ipſius.
10 Verbum relaxes quid denotet.

GRaue. Per reſcriptum quo papa mādat ordinario vt corrigat clericos ſue dioceſis nō datur ei iuriſditio ſuper exēptos. In prima queſtio. In ſecunda ꝓuiſio. ibi: mandamꝰ. ¶ Caſus literalis. Quidā eps recipit mandatū a dño papa Gregorio ſuper correctiōe clericorū ſue dioceſis ⁊ ciuitatis: occaſione iſtius mādati eps tulit ſnīam interdicti in eccleſiā ſancte Marie de bicello: ⁊ quaſdā alias exiſtentes in dioceſi ipſius epi ptinētes ad monaſteriū ſancti Anaſtaſij de vrbe et ſuſpēſionis ſnīam in clericos earūdē. abbas conqueſtus fuit ſup hec dño pape cū paratꝰ eſſet corrigere clericos dictarum eccleſiarū: mandat papa dicto epo ꝙ cum in dictas eccleſias nullā habeat iuriſditionē ordinariā aut etiam delegatā occaſione ꝓdicti mādati quatenꝰ ſi eſt ita prudēter corrigat ꝙ minus ꝓuide attentauit ⁊ predictas ſnīas ſine difficultate relaxet. B. ¶ No. j. ibi: exiſtentes in tua dioceſi. ꝙ eccleſie exēpte dicuntur eſſe in dioceſi: ⁊ ſic per exēptionem non dicuntur eſſe extra dioceſim. nam nō cōfunduntˀ per hoc termini dioceſis. he enim exiſtentie cōſiſtunt in facto qđ non pōt haberi pro infecto niſi quo ad iuris effectū. l. in bello. §. facte. ff. đ ca. ⁊ poſtli. reuer. ⁊ in. c. ſi paulꝰ. xxxij. qō. v. ¶ Et hec faciunt ad qōnē. † Papa mādauit epo Seneñ. vt ꝓuideret Titio Ro. de beneficio eccleſiaſtico in dioceſi ſua: dubitatˀ nunquid poterit eps illi ꝓuidere in eccleſia exēpta.[a] Vincē. tenuit ꝙ nō: qꝛ mandatū generale factū ordinario nō extēditur ad eccleſias exēptas:[b] vt hic. ſed ꝯrium tenuit Io. an. poſt Cōpoſt. ī c. abbatem. ſ. de reſcrip. ⁊ ī ca. ſi propter. eo tit. lib. vj. ⁊ vide qđ no. in cle. frequēs. de excep. ꝓla. ⁊ in cle. ſi de bñficio. de prebē. ⁊ hec pars verior eſt pro qua pōt adduci iſte tex. qꝛ vt dixi bñficia exempta ſunt in dioceſi. nec obeſt deciſio huiꝰ tex. qꝛ hic mandabatˀ ordinario non vt cuilibet alteri ſed excitādo officiū ſuū: ita ꝙ debeat eps hic ꝓcedere vt eps ⁊ tanꝗ eps non habeat poteſtatē in exemptos. ſed in caſu predicto ſcribebatˀ epo ſicut cuilibet alteri executori: ⁊ ideo nō apparet ratio quare beneficia exempta non includantˀ in mandato cum nullum beneficium ſit exemptū a iuriſditiōe pape. ix. q. iij. cūcta per mūdū. ergo per ꝯſequens nec a delegato ipſius pape cū delegatus gerit vices delegātis. vt in ca. ſane. de offi. dele. ⁊ in. l. j. ff. de offi. eiꝰ. Et ex his potes ſumere bonā theoricā an ⁊ quādo in mādato ordinario facto includantˀ nō ſubditi. ¶ Scđo no. ꝙ clerici eccleſiarū exemptarū ſunt exēpti. de quo in. c. per exemptionem. de priui. lib. vj. ¶ † No. iij. ꝙ eccleſie exiſtentes in vna dioceſi poſſunt pertinere pleno iure ad prelatū exiſtentē in alia dioceſi.[c] ⁊ hoc iure ſpeciali puta ꝓuilegio vel preſcriptione: nā de iure cōmuni eccleſie exiſtentes in dioceſi pertinent ad epm dioceſanū. xvj. q. vij. omnes baſilice. ⁊ in. c. cum venerabilis. ī. de reli. domi. ¶ † Vlt. not. iūcta glo. ſi. ꝙ ſentētia etiā cēſura lata in exēptū eſt ipſo iure nulla. nam exēptus etiam ſi vellet nō poſſet ſe ſubmittere iuriſditioni ordinarij ſine licentia pape vel illius cui ſubeſt. vt in. c. ſignificaſti. de fo. cōpet. ⁊ vide per Io. an. in reg. ſciēti. de reg. iur. lib. vj. in mercu. ¶ † Sed pulchrū dubiū eſt nunqd exemptus excōicatus a iure in caſu non reſeruato pape poſſit abſolui ab ordinario loci. Fede. in quodā conſi. tenuit ꝙ ſic.[d] in ꝯriū facit tex. iuncta gl. no. in cle. penul. de ſentē. excō. plene hunc articulū examino in quadā diſpu. que inci. duo clericali ordine inſigniti ⁊c. ⁊ pro hac parte ꝯria ſatis bene facit iſte tex. ibi: nullā iuriſdictionē habeas ⁊c. ⁊ c. frater. xvj. q. j. abſolutio vero nō poteſt fieri a nō habēte iuriſditionē in abſoluēdum. vt in. c. omnis. de peni. ⁊ remiſ. melius in c. paſtoralis. in §. ꝓterea. ſ. eo. ¶ † In gl. j. ibi: non tanꝗ delegatus. ſentit ꝑ hec gloſ. ꝙ ſi eps fuiſſet deputatus delegatus a papa quod potuiſſet ꝓcedere etiā cōtra exēptos. Hoſt. recitat Io. and. et vr̄ ſentire hoc fore verū ſi fit mentio ī reſcripto de exēptione alīs in generali mandato nō venirēt exēpti. Cōtrariū ego puto veriusᵉ primo per theoricā ſupra traditam cū hoc caſu ſcribatur ordinario tanꝗ cuilibet extraneo nec eſt opus facere mentionē de exēptione: quia in nullo derogatˀ priuilegio exēptiōis: cū ordinarius ꝓcedat vt delegatus tanꝗ pape delegatus nō fecit preiudiciū exēptioni cum gerat vices pape vnde non eſt aliqua ratio quare exēpti non debeāt cōprehēdi quinimo potius exēpti ꝙ non exēpti cōprehēdi debēt cū in exēptos habeat papa iuriſdictionē immediatam. ¶ † In glo. ij. no. ex iſta glo. ⁊ tene mēti ꝙ ꝓpter negligentiā prelati immediati exēptorū poteſtas nō deuoluitˀ ad ordinariū: ſed ad ſuperiorē illius prelati exēpti: ⁊ ſic ſi abbas exēptus eſt remiſſus in corrigendo monachos ſuos poteſtas nō deuoluitˀ ad epm: ſed recurrendū eſt ad papā. ⁊ idē in collatione beneficiorū. ſi enī exēptus eſt negligens in cōferendo nō deuoluitˀ poteſtas ad epm ſed ad papā. vt in. c. ſicut. alle. in glo. ¶ Secūdo no. ꝙ etiā ſubmota exemptione correctio monachorū primo loco ſpectat ad abbatē. de quo dic vt dixi. ſ. e. c. quāto. ⁊ in. c. cum ab eccleſiarū. ¶ Sed pōt dubitari † quid ſi papa dedit iuriſdictionē alicui prelato inferiori circa aliquas eccleſias ⁊ clericos earundē nunqd data negligētia iſtius poſſit ordinarius loci ꝓcedere: videtˀ ꝙ nō. arg. huius gl. iūcto tex. nam abbas hic habebat iuriſdictionem in iſtas eccleſias: ⁊ tñ ſm glo. eps nō ſuccedit. ꝯrium ego putarē veriusᶠ per. c. ceterū. ⁊ quod ibi dico. de iudicijs. nam imperator dedit iuriſditionē dño feudi in cauſis feudalibꝰ. vt in. l. imperialem §. preterea. de ꝓhi. feud. alie. per fede. coll. x. ⁊ tñ ſi dñs feudi eſt negligens ordinariꝰ ſuccedit. vt in. d. c. ceterū. Itē ꝓſcriptio dat ordinariū ſicut priuilegiū. vt in. c. duo ſimul. ſ. eo. ⁊ tñ iuriſditio qſita ex ꝓſcriptione excludit epm īquantū preſcribēs ſit diligens vt in. d. §. exceſſus. ergo idē dicendum in iuriſditiōe tributa ex priuilegio vel alio iure ſpāli. ⁊ de hoc iudicio meo tex. eſt hic non cauillando literā. nam glo. ſupplet maxime ex capite ſuo. vnde intelligo tex. ꝓprie ⁊ dabitˀ lec. noua ad tex. ⁊ data negligentia iſtiꝰ ꝓlati immediate ſuccedit ordinarius ſecus puto in exēptis: quia tūc cū papa ſit iudex exemptorū debet ad eū recurri data negligentia prelati exēpti īmediati. iſte tñ tex. non aperit quo iure iſte eccleſie eſſent ſubiecte iſti abbati. ⁊ ſic intelligitˀ ex ꝓſcriptione. caſus eſt clarus ⁊ lr̄a ibi ſtat ꝓprie: corrigere ſit paratꝰ ⁊c. vt in. d. c. §. exceſſus. ¶ In glo. in ver. corrigere in fi. dic vt ibi no. ⁊ in. c. penitētes. lv. diſt. ⁊ in. c. noſti. de elec. ⁊ de re. eccle. nō alie. c. ſi qs. ¶ † In glo. fi. in fi. hec glo. redit ad primū intellectū: vt ſnīa hic non tenuerit: ꝙ ver. relaxes referatˀ ad factū. ⁊ hūc intellectū ſequuntur hic cōmuniter doc. per tex. ibi: nullā iuriſditionē habeas ⁊c. ⁊ per illud ver. vniuerſale nullam. excluditˀ iuriſditio mediata ⁊ immediata. Item principalis ⁊ acceſſoria: ſm Io. an. et no. hoc dictū. ¶ † Ex hoc infero cōtra cōem opi. ī. c. paſtoralis. in prin. ſ. eo. vbi tex. dicit archieps nullā poteſtatem habet exceptis quibuſdā caſibꝰ in ſubditos ſuffraganeorū ſuorum: ergo etiā data negligentia ſuffraganeorū non pōt illos punire: quia per illud verbum nullam: excluditˀ iuriſditio mediata ⁊ immediata. itē principalis ⁊ acceſſoria. ¶ † Scđo no. ex gl. ꝙ verbū relaxes: proprie ſumptū preſupponit validitatem actꝰ: ſed vbi ex materia ſubiecta apparet ꝙ actus eſt nullus: tunc referˀ ad factū. ſimile no. ī. vt li. non cōſtet. in. c. accedens. el. j. in ver. ceſſauimus. vbi bona glo. ¶ Tertio not. ex glo. ꝙ preſuppoſito ꝙ correctio primo loco ſpectet ad abbatem: tamen ſi eps ante negligētiam tulit excōicationē in ſubditos abbatis: tenet excōicatio lꝫ ſit iniuſta: ⁊ debet relaxari ſine difficultate. ⁊ hoc colligitˀ ex ſcđo intellectu gl. qui tñ nō videtˀ placere do. Ant. quia aut ex ꝯſuetudīe primo loco ſpectat ad abbatē: ⁊ tūc nō dꝫ tenere ſnīa epi ante negligētiā. ar. d. §. exceſſus. ⁊ no. hoc dictum. aut loquimur ꝙ de iure cōi ſpe-

Sebaſti. Sapia.
a ¶ Eccleſia exempta. vide Inno. ī cle. ij. ī. j. col. đ priui. ⁊ in. c. abbate. ſ. de reſcrip. Ge. in. c. ſi ꝓpter. ī. ij. col. de reſcrip. lib. vj. Card. in cle. ne romani. §. ſane. in v. q. de elec.
b ¶ Eccleſias exēptas. vide Io. de lig. ī. d. c. abbatē. vbi refert diſtinctionem Paul. Andre. barba.
c ¶ Alia dioceſi. ſm Hoſt. hic colligitˀ qđ abbas pōt tenere cathedrā in dioceſi aliena. Andre. barba.
d ¶ Tenuit ꝙ ſic. Vide do. Ant. in c. ſignificaſti. vbi tenet ꝯ Fede. de ſenis: vide Io. de ligna. in cle. ne in agro. de ſta. monach. vbi tꝫ cū Fed. ad cle. penul. rñde ꝙ papa reſeruauit ſibi abſolutionē. ⁊ no. quia Fede. dixit hoc ī conſi. xiiij. Andr. Barba.
e ¶ Puto verius. Pōdera bene qꝛ iſte tex. ſe fundat ſup iure tertij. vt dicit gl. hic. ſic ergo in caſu huius papa nō preiudicat tertio ita quā do facit đlegatū. itē pondera iſtū tex. qꝛ dicit cū nullā iuriſditionem nec ordinariam nec delegatā habeas. And. barb.
f ¶ Putarē veriꝰ. Pōdera quia ex quō papa cōtulit iſtā iuriſditionē videtˀ ꝙ papa dꝫ ſupplere negligētiā ſuam. Andr. Barba.

ctat ad istũ abbatẽ:⁊ tunc debuisset relaxare istam sñiam. et videtur in hoc tenere opi. cõem ꝙ eṗs possit procedere cõtra monachos non expectata negligẽtia abbatis. sed ego teneo opi. glo. vt dixi iuribus superius allegatis.

1 ☞ Absolutio ab excõicatione potest alteri delegari.
2 Confessio penitentialis potest per parochialem alteri cõmitti ⁊ etiam eius absolutio.
3 Cause meri ⁊ mixti imperij sunt delegabiles ð iure canonico.

His quibus. Ordinarius cui cõpetit absoluere ab excõicatiõe potest alijs absolutionẽ demandare. ¶ Casus literalis. Dicit in decre. ista ꝙ illi q ex officio in certis casibus possunt absoluere illos qui propter violentiã manuũ iniectionem in clericos incidunt in sententiam excõicationis absolutionẽ huiusmodi possunt alijs committere cuz viderint expedire. B. ¶ † No. j. ꝙ potestas absoluendi ab excõmunicatione est delegabilis per habentẽ potestatẽ ordinariam. ⁊ lz iste tex. loquat in absolutione ab excõicatione lata a canone: si quis suadente. xvij. q. iiij. tamen idem ⁊ fortius est dicendũ in alijs excõicationib⁹. arg. in. c. cũ dilecta. de confir. vti. vel inuti. ⁊ in. l. illud. ff. ad legẽ aqui. ¶ Scdo † no. arg. qð sacerdos parochialis põt cõmittere alicui presbytero vt audiat cõfessionẽ subditi sui ⁊ illum absoluat. ¶ † Tertio no. ꝙ nudum ministerium est delegabile per ordinariũ. quid in delegato: dic vt in glo. Et no. ꝙ declarat hic ea q̃ competũt ex officio nobili. ⁊ sic videtur posse colligi arg. ꝙ cause meri imperij possunt delegari de iure canonico: nam sicut excõicatio quãqz est meri quãqz misti imperij: vt dixi. s. eo. c. pastoralis. ita ⁊ absolutio. nam potestas est in obligãdo ⁊ in soluẽdo. de penitẽ. dist. j. verbũ. ¶ In gl. ij. no. j. ex hac glo. ⁊ tene mẽti: quia nescio alibi ꝙ nuduz ministeriũ[a] competens alicui ex priuilegio est delegabile per priuilegiatũ: lz ergo priuilegium nõ excedat personã priuilegiati. vt in. c. sane. de priuile. ⁊. vij. q. j. qr frater. ⁊ in reg. priuilegiũ personale de regu. iur. lib. vj. tamen cum per cõmissionem non cõmittit alteri preiudicium cũ cõmissarius gerat vices delegantis: ita ꝙ ipse delegans videtur facere. vt in reg. qui per aliũ lib. vj. non dz iste prohiberi quominus possit subdelegare. ⁊ hanc opi. sequitur Jo. and. ⁊ dicit eam seruari in practica. ¶ Scdo no. ex fi. gl. ꝙ delegatus potest cõmittere absolutionẽ dummodo ipse habeat iurisditionem: puta qr fuit delegatus in causa in qua tulit excõicationem: secus aũt vbi fuisset sibi delegata nuda dũtaxat potestas absoluendi. ⁊ sic loquitur. c. fi. §. vlti. s. de offi. deleg.

¶ De officio iudicis. Rubrica.

¶ Supra visum est de officijs singularium dignitatum ⁊ singulariũ iudicũ: nũc cõgruo ordine subijcit indeterminate de quodam officio qð est ordinario ⁊ delegato commune ⁊c.

1 ☞ Aduocatus potest decerni parti nõ habenti: ex officio iudicis. nu. 2. 4. ⁊. 5.
2 Aduocatum si quis non hz non põt cogi ad respondenduz.
3 Monachus an possit agere pro monasterio sine mandato.
5 Aduocatus potest cogi per iudicem ad patrocinandũ indigenti pro competenti mercede.
Aduocatus debet gratis aduocare pro paupere.
6 Judex potest recusari si est dñs aduerse partis.
Aduocatus dz habere tantam affectionem ad causam ꝙ nõ potest etiam in causa appellationis esse testis.
Judex potest recusari suspectus ex quibusdã causis: de quibus vsqz in finem.

Ex literis. † Ad officiũ iudicis etiã delegati spectat ꝓuidere aduocatũ[b] parti q̃ nõ potest habere ⁊ poterit dare domesticuz. Cõmunis diuisio. secũda ibi mãdamus. ¶ Casus literalis. Inter abbatez ⁊ cõuentũ monasterij Caueñ. ex pte vna et abbatem ⁊ ꝯuentũ Fosse noue super quibusdã possessionib⁹ ex altera questio vertebat coram archiepiscopo ⁊ abbate sancti Leonardi salernitañ. corã qbus ꝓposuit ꝓcurator monasterij Fosse noue ꝙ habere nõ poterat aduocatũ vnde sup hoc eorũ officiũ implorauit. archieṗs dedit eidẽ. R. clericũ suum vt in causa illa suum patrocinũ exhiberet. sed quidã monach⁹ Caueñ. excipiẽdo ꝓposuit hoc esse factũ in preiudicium sui monasterij eo ꝙ dict⁹. R. ei⁹ cleric⁹ ⁊ domestic⁹ existebat: iudices dubitantes qd iuris esset significauerũt hoc dñõ pape: ⁊ ipse mãdat eisdẽ quatenus nõ obstãte huiusmodi exceptione in negotio procedãt eodez preuia ratione. Bernar. No. j. ꝙ monasteriũ potest agere pro rebus ⁊ iuribus monasterij sibi subiectis. hic eñi contendebat sup quibusdam possessionibus monasterij sancti Petri, quod quidẽ monasteriũ immediate pleno iure ptinebat ad monasteriũ Fosse noue: vt patet i antiqua. sicut eñi eṗs agit pro ecclesia sibi subiecta, vt in. c. fi. de succes. ab inte. ⁊ bonus tex. in. l. sancimus. C. de sacrosan. eccle. qui quidẽ tex. videt latius ꝓuidere q̃. d. c. fi. qr in c. fi. text. loquitur cum ecclesia inferior vacat. sed. l. sancimus loquitur etiam si nõ vacat: quẽadmodũ ergo dicimus in eṗo idem in prelato inferiori dicendũ est: vt possit agere ꝓ ecclesijs sibi subiectis. ad ꝙ facit cle. j. de rescri. ¶ † Scdo no. qð pars non debet compelli ad rñdendum si non habet aduocatum. ad qð vide bo. tex. cum gl. in. c. j. vt li. nõ cõtesta. ⁊ potest quis implorare officiũ iudicis vt prouideat sibi non volenti habere aduocatũ: ⁊ hoc procedit non solũ i ordinario: vt' qdã dixerunt. sed etiã in delegato: qð aperte ꝓbatur i ista litera: vestrũ super hoc implorando officiũ ⁊c. iuncta suprascriptione. nam hec causa erat coram delegatis. de quibus in suprascriptione. facit quod in simili habetur in. c. si annum. de iudi. lib. vj. ⁊ in hoc hec decre. facit ad ti. ¶ † Not. iij. ibi. frater. S. caueñ. monachus ꝙ monachus põt esset in iudicio pro monasterio. intelligo de mãdato abbatis ⁊ capituli seu ṗlati tñ in casibus i quibus põt agere ṗlatus sine capitulo: de quib⁹ satis dixi in. c. edoceri. de rescrip. ⁊ in ca. vnico. de syndi. vbi dr ꝙ monasteriuz dz ꝓmouere cãm per syndicum: loquit de honestate. ⁊ nõ ð necessitate. vt etiã ibi no. ¶ Ul. no. ꝙ domesticus ⁊ commensalis iudicis potest esse aduocatus alterius partis: nec ex hoc iudex iudicãdus est suspectus: de q̃. j. lati⁹. ¶ † In gl. i ver. iplorãdo officiũ. in fi. no. gl. ⁊ idẽ no. iij. q. vij. §. tria. ver. si vero. in gl. illud. ⁊ dic latius q̃ gl. sunt eñi quedã ꝑsone quib⁹ iudex dz ꝓuidere etiã si nõ petat: vt sunt pupilli, femine, persone debiles. item hi qui sua mente cõpotes nõ sunt: vel si per potẽtiã aduersarij non valent habere aduocatum. debet enim iudex prouidere ne inferior ꝑsona afficiatur potẽtia aduersarij. vt in. l. illicitas. §. ne potẽtiores. ff. de offi. presi. ⁊ per illum tex. ꝓuidet minus potentib⁹ nedũ ð aduocato sed etiã iudex interponit officiũ suũ vt compellat alterã partem ad cauendum ne offendat aliam partem. ⁊ dicendum est vt ibi plenius no. per Bar. sed ad primũ principale dictũ est tex. in. l. j. i. §. ait pretor. ff. de postul. l. nec quicq̃. §. circa aduocatos. de offi. procõ. versat enim vtilitas publica in consulendo predictis ꝑsonis. facit. iiij. dist. facte sunt autem leges. reliquis vero personis q̃ possunt pecunia ⁊ amicitia iuenire aduocatũ iudex nõ ꝓuidet: sed eorũ industria debẽt sibi querere. ¶ † Sed quero nunquid pro predictis ꝑsonis possit iudex cõpellere[c] aduocatũ ad patrocinandũ: Goffr. ꝙ sic: dicit tñ ꝙ aduocatus nõ compellitur patrocinari gratis: sz debet iudex sibi constituere salariũ ſm facũdiã aduocati ⁊ pro modo litis ⁊ cõsuetudinis patrie. vt in. l. j. §. in honorarijs. ff. de va. ⁊ extraor. cog. Host. dicit ꝙ aut pars petens aduocatũ est potẽs ad soluẽdum: ⁊ ꝓcedit dictũ Goffre. aut est impotẽs ⁊ tũc tenet iudici obedire etiã sine salario: q' ad hoc tenetur lege naturali ⁊ diuina. debet enim quis diligere proximũ sicut seipsum. Mat. xxij. c. de peni. dist. ij. c. proxim⁹. nec posset aliter saluari vt sensit Grego. in omilia super Mat. xxv. c. nam videt hoc casu aduocatus abscondere talentũ sibi traditum a deo: quãq̃ aduocati sine sumptu non student: tñ sumptus ⁊ sciẽtia administrant a deo quia omne datuz optimũ a deo est. Ja. j. ⁊. j. q. j. gratiã. ⁊ maxime hoc debẽt facere clerici qui viuunt de patrimonio Jesu christi. Et no. hoc dictuz. habes enim duas cõclusiones. Prima ꝙ ex causis ṗdictis potest iudex cõpellere aduocatũ ad patrocinandũ. Secunda qð data inopia partis põt cõpelli vt gratis exhibeat patrociniũ. vide ad materiã. c. nõ sane. xiiij. q. v. ⁊ puto qð iudex possit aduocato iiuste resistenti indicere patrocinium. arg. l. moris. ff. de penis. ⁊ i. l. j. ff. de offi. prefe. vrb. ¶ In glo. fi. in fi. item ſm Inno. in illo. c. ex insinuatiõe. nõ dicit ꝙ illa exceptio fuerit admissa. ¶ † Sed cõtra gl. ⁊ contra text. oppo. ⁊ videt ꝙ hec exceptio debuit admitti: nam potest iudex recusari si est dñs aduerse partis. vt in. c. insinuante. ⁊. c. causaz. de offi. dele. ergo idẽ si est dñs aduocati aduerse partis. vt in. c. insinuãte. et c. causam predictis. nã aduocatus hz affectionẽ ad causam, adeo ꝙ etiam in causa appellationis nõ potest esse testis: vt in. c. fi. de testi. li. vj. Sol. dicit Hosti. ꝙ non est tanta suspitio contra iudicẽ si aduocatus est sibi domesticus sicut cuz pars est familiaris suus. nã causa non est aduocati sed partis: cum cõmodũ ⁊ incommodum spectat ad partem ⁊ non ad aduocatũ. ij. q. vj. biduũ. in ver. palã. Item familia magis intercedit in causa cõfamiliaris: q̃ pro causa quã familiaris assumpsit ꝓmouendã. concludit tñ Host. ꝙ si aduocatus esset versutus ⁊ malitiosus ⁊ nimis improbe promoueret patrociniuz ⁊ assisteret semper iudici: tunc considerata persona iudicis: ⁊ astutia

---

Sebasti. Sapia.
a ¶ Nudũ ministerium. Uide Feli. post alios i. c. fi. §. fi. s. de offi. dele. ⁊ per Moder. i. l. j. §. qui mãdatã. ff. de offi. ei⁹ cui mã. est iurisdi.
Zacharias.
b ¶ Aduocatum. no. Bar. in. l. nec q̃cq̃. ⁊ ibi Alexã. §. obseruare. ff. ð offi. procõ. ⁊ lega. Spe. in ti. de offi. oĩm iudi. §. deseruit q̃qz. vers. ante litem cõtestatã. ⁊ Cardi. in cle. j. de exces. prela.
Sebasti. Sapia.
c ¶ Cõpellere aduocatũ. qð aduocati teneant sine salario p̃rocinari pro pauperib⁹ tenet Bal. per illuz tex. in. l. si furiosi. C. ð nup. no. Jas. in. §. omnes. vers. tripli. col. penul. insti. ð actio. late no. Decius in. c. j. col. xxij. versi. restringitur hec prima limitatio. de proba.

Zacharias.
a ¶ Idē qđ actio.
Inde fit vt illud
possit intētare q
est p statutū ꝓhi
bit⁹ oēm actionē
in iudicio ꝓpone
re.ita not.Ange.
are.īstit.de act.in
pri.Bartho.cep.
i.l.verbū.§.actio
nis.ff.de ver.sig.
eundē.Ang.in.l.
quos ꝓhibet.ff.đ
posthu.ꝛ oīno p
Alexā.in.l.plane
de peti.here.
Anto.Franc.
¶ Circa hoc qđ
dꝛ hic đ officio iu
dicis.dicas p̄rio
qđ officiū iudicis
nō ē actio.l.qnt⁹.
ꝛ ibi Bar.ff.đ an
nu.leg.ꝛ p eundē
in.l.j.in.ij.col.et
ibietiā p alexā.ff.
de iurisdi.oīmiu.
imo officiū iudi
cis nō p̄supponit
obligationē ex q̄
actio ꝓducit.l.lȝ.
§.ea obligatio.ff.
đ ꝓcur.ideo daṫ i
subsidiū qñ defi
cit actio:vt ē gl.i
l.vinum.ff.si cer.
pe.ꝛ p bar.i.l.q p
collusionē.in.§.p̄
tiū.ff.đ act.emp.
ꝛ in.l.q̄ro.in p̄nc.
ff.loca.ꝛ iō dice
bat bar.in.d.l.qn
tus.ꝛ i.l.seruo.ff.
de leg.j.ꝛ in.l.ne
gcꝙ.§.fi.ff.de of.
ꝓcō.ꝛ leg.ꝛ i.l.ser
uos.de adi.leg.ꝙ
officiū iudicis da
tur ꝓ relicto fa
cto fratribus scti
Frācisci qb⁹ non
cōpetit actio:qđ
etiāvoluit bal.i.l.
j.C.đ fidei.ꝛ ideo
dicim⁹ ꝙ officiuȝ
iudicis ꝯpetit ex
mera eqtate vbi
deficit actio.ita
bal.i.l.fi.§.finau
tem.in.ij.in prin.
C.đ furtis.Et ad
istud ꝙ hic dꝛ qđ
ꝓhibit⁹ intētare
actionē p statutū
possit tñ intētare
officiū iudicis:p
alle.hic vide ēt p
bar.i.l.nō solū.in
§.quāꝙ.ff.de iiu.
ꝛ habeṫ in.l.sȝ et
he.i.§.nō solū.ff.
de ꝓcu.de quo vi
de p alex.in.l.j.in
antepe.col.de iu
risdi.om.iud.vbi
videṫ tenere ꝯtrīē.
Et adde qđ offīm
iudicis est multi
plex:vt per glos.i
l.iiij.C.đ posi.ꝛ p
Bar.i.d.l.j.de iu
risdi.om.iudi.ꝛ p
Canon.in.c.j.ꝛ fi.
de offi.iudi.ꝛ ha
beṫ p Spe.i ti.de
act.ꝛ peti.in.§.fi.
in ver.dicendum.
Sebasti.Sapia.
b ¶ Cum actione.
Inter officiuȝ iu
dicis ꝛ actionē po
nunṫ plures diffe
rētie p doc.in.l.j.
ff.de iurisdi.oīm
iudi.vt ibi p Jas.
aliā differētiā po
nit Bal.in.l.si so
cer.in prin.ff.sol.
matri.quā tñ re
probat ibi Pau.
de ca.aliā differē
tiā collige ex no.
p Bar.in.l.ꝙ ius
sit.col.iij.ff.de re
iud.vbi vult ꝙ iu
dex qui iudicauit
ꝓposita actione
nō pōt reuocare
sniam:secus si ꝓ
nūtiauit ītētato
officio iudicis:de
quo per Felin.in
rub.de re iud.co.
xj.Aliā differētiā
collige ex no.per
Bart.in.l.ij.co.j.
C.đ resci.vē.aliā
ex v̄bis Bar.in.l.
ex diuerso.§.j.ff.
de rei vēd.aliā ex
no.p Bar.in.l.sti
pulationes nō di
uiduṫ.i.xj.opp.
ff.de verbo.ꝙ ꝓse
cut⁹ fui late i.d.
l.j.ꝛ alia retuli.
Sebasti.Sapia.
c ¶ Cause cogni
tio.Limita vt hic
p Feli.ꝛ vltra eā
limita i casu quē
ponit Pau.đ ca.
in.l.ij.C.de ser.fu.
ꝛ in casu.l.fi.C.de
edi.diui adri.tol.
de quo ibi p doc.
ꝛ in materia edi
tionis.vt no.bal.
l.j.in fi.C.de edē.

ꝛ astutia aduocati poterit superioꝛ arbitrari an
hec sit legitima causa recusandi. ¶ Scđo opp.de
c.si.iiij.q.iij.vbi dꝛ ꝙ testis nō est producēdus de
domo iudicis:ergo nec aduocat⁹ cum aduocatus
attesteṫ in iure ꝛ in facto.sol.ꝑm Host.aut loqui
mur in teste facti qui tradiṫ ꝛ hȝ locū ꝯriuȝ:aut in
teste iuris prout est aduocatus cui non crediṫ nisi
inquātū ius ostēdat.ꝛ procedit iste tex.vel ꝑm euȝ
vtroꝗ casu admittunṫ dicte persone in subsidiuȝ:
alˀs non.ꝛ not.hoc dictū. Ego in teste animaduer
terem vtrum iudex habeat aliquam affectionem
ad causam:puta qꝛ procedit ex officio:ꝛ tūc nō de
bēt admitti testes de familia sua vt saltē faciāt ple
nam probationem:alˀs iudex de facili posset cōdē
nare quēcūꝗ:aut nō habet affectionē ad causam.
ꝛ ꝓcedit dictū Host. ¶ Ulti.queriṫ qd si aduoca
tus est dñs iudicis.sentit Host.ꝙ possit tunc recu
sari iudex quia facilius commouetur iudex ad pe
titioneȝ sui dñi ꝙ̄ dñs ad petitionē subiecti.argu.
in.c.visis.xvj.q.ij.

☞ 1 Litis cōtestatio an requiraṫ quando implo
ratur officium iudicis.ꝛ nu.3.6.9.ꝛ.10.
2 Officium iudicis ꝛ actio an sint idem.ꝛ nu.8.
Officium iudicis qñ imploratur an requiratur in
libello conclusio:ꝛ quomodo.ꝛ nu.6.
4 Officium iudicis extenditur ad accessoꝛia que ve
nerunt post litem contesta.secus ante.
5 Officium iudicis nobile ꝛ mercenarium quod sit:
ꝛ eius exempla.
7 Restitutio aduersus aditionem requirit ꝙ credi
toꝛes hereditarij citentur.ꝛ nu.9.ꝛ.10.
8 Officiū iudicis nō perpetuaṫ p litis cōtestationē.
10 Alimēta dum petunṫ nō requiriṫ litis ꝯtestatio.

Iudicis officium.

1 ¶ † Breue est ꝛ p alia verba potest sic
summari. In officio iudicis qđ princi
paliter loco actionis ꝓponiṫ fit li.cōte.secus si nō
principaliter. Uel per alia verba sic. Cū imploraṫ
officiū nobile fit litis cōtestatio secus in mercena
rio.p̄mo ponit vnū dictū cū exēplo.scđo aliud.ibi:
alˀs ante. ¶ Casus literalis. Ecclesia vel minoꝛ le
sa est in aliqua snia a quo nō fuit appellatū:ita de
stituti sunt iure cōi recurrūt ad officiū iudicis p bñ
ficiū restitutionis:petit ecclesia vel minoꝛ p̄cipa
liter restitui ꝯ ipsum ꝯctum vel ꝯ sniam. q̄riṫ vtrū
in casu isto debeat lit.ꝯte.fieri.dicit papa vbicūꝗ
officiū iudicis loco actionis ꝓponiṫ:puta cum pe
titur restitutio in integrū principaliter litis conte
statio dȝ fieri.si vero incidēter siue ante ingressum
litis siue post ingressum cause huiusmodi officiuȝ
postuleṫ pōt ad hoc recursus haberi sine litis con
2 testatione. B. ¶ † No.j.ꝙ officiū iudicis qñꝗ po
nitur ꝓ actione:ex quo inferṫ ꝙ ipsum officiū nō
a est proprie idē ꝙ actio:[a] nā actio cōpetit parti:et
est ius ꝓsequendi in iudicio ꝙ sibi debeṫ.instit.de
act.in prin.no.gl.in.c.dilecti.de iudi.sȝ officiū non
cōpetit parti sed iudici:nec p̄supponit aliquā obli
gationē.vñ dicit Bar.post antiquos i.l.j.ff.de iu
risd.om.iu.officiū nō est idē ꝙ actio:sȝ hȝ similitu
b dinē cū actione:[b] qꝛ proceditur i causa sicut proce
diṫ in actione intētata.tñ dȝ aduertere libellās:nā
si cōpetit sibi actio dȝ narrare ea q̄ cōcludunt par
tem sibi obligatā:sed in officio iudicis extraoꝛdi
nario dȝ cōcludere ꝙ iudex pōt seu dȝ facere.et in
tellige de officio iudicis extraoꝛdinario:vt qñ im
ploraṫ restitutio in integrū:secus in officio iudicis
latissimo qđ pōt cōcurrere cū q̄libet actiōe.vt.d.l.
j.no.Jo.an.ꝯ.ti.ꝓxi.cōquerēte.hinc dixit Spe.in
tit.de sen.excō.§.breuiter.ver.si q̄ras.qđ executio
snie pōt fieri officio iudicis lȝ cōpetat actio:scȝ in
3 factū.l.actoꝛi.C.de iureiu.ꝛ hec no. ¶ † Scđo no.
duas regulas ex tex.prima ꝙ i officio iudicis.p̄nci
paliter intentato reqriṫ litis cōtestatio.scđa ꝙ in
officio implorando incidenter nō est necesse litem
cōtestari.itē ꝙ officiū iudicis pōt incidēter implo
rari ante igressuȝ litis ꝛ post:id est añ lit.ꝯte.ꝛ post
4 exēpla videbis in glo. ¶ † In gl.j.ibi circa rē peti
tam.no.glo.ꝙ ea que accidūt circa rem petitā pen
dēte iudicio veniūt officio iudicis:lȝ in libello non
sunt petita:sec⁹ si accidūt ante iudiciū.nā tūc nisi
petanṫ in libello nō pōt iudex de his sniam dice
re.pone exēplū.vēdicaui ancillā que peperit iudi
cio cepto.possum enī implorare iudicis officiū vt
etiā sup fetu ꝓnūtiet:secus si peperisset ante iudi
ciū. Et aduerte qꝛ glo.ponit multa exēpla in qui
bus postulaṫ iudicis officium:sed nō loquiṫ oꝛdi
5 nate. ¶ † Unde ad declarationem totius materie
premittēdū ꝯclusiue est quotuplex sit iudicis offi
cium.de quo inst.de act.in.§.pe.ꝛ in.l.iiij.C.de po.
nā aliqui dixerūt ꝙ est triplex:de quo per Azo.in
sum.eo.ti.ꝛ p Spec.eo.ti.in.§.j.vbi plene videas.p
Bart.in.d.l.j.de iurisdic.omniū iudi. Cōiter dꝛ qđ
quoddā est officiū iudicis p se stans nō deseruiens
alicui actioni.qđ exerceṫ qñꝗ ex mero iudicis fa
cto vt cū iudex ꝓcedit inquirēdo.qñꝗ ad instātiā
partis vt cū petiṫ restitutio in integrū vel iploꝛat
quis officiū iudicis cōtra calliditatē aduersarij.vt
in.c.nisi cū pridē.ꝛ.c.sane.de renū.ꝛ illud appellaṫ
officiū nobile. Quoddā est officiū p se non stans sȝ
actiōi deseruiēs vt qꝛ iudex moueṫ ad actionē ꝓ
positā p partē:ꝛ illud appellaṫ mercenariū qꝛ de
seruit actioni sicut mercenari⁹ deseruit dño.primū
scȝ officiū nobile:qñꝗ i ploraṫ principaliter loco
actiōis deficiētis.exēplū in restitutione i integruȝ
qñꝗ vero imploraṫ icidēter:vt puta cū imploraṫ
sup aliquo lite pendēte.exēplū in gl.fi.vel cum im
ploraṫ non ꝓpter se sed ꝓpter aliud vt cū postulaṫ
aduocat⁹.idē cū postulaṫ nō ꝓpter se sed rōne al
teri⁹ rei habēde.vt in.l.j.C.vt in pos.leg.vt cū peti
tur mitti i possessionē rei legate ꝓpter cōtumaciā
6 heredis.ꝛ ita in sitib⁹. ¶ † An aūt indistincte req
raṫ lit.cōte.ꝛ libelli oblatio cū iploraṫ iudicis offi
ciū:ꝯclude ꝙ si petaṫ ꝯ certā ꝑsonā ꝛ exigiṫ plena
cause cōgnitio:tūc reqriṫ libell⁹ ꝛ litis cōte.vt hic
ꝛ in.l.papinian⁹.§.vlti.ff.de mino.aut postulaṫ ꝯ
certā personā:ꝛ non exigiṫ cōtestatio:qꝛ non est cū
quo lis cōtestari debebit.in auṫ.si.oēs.C.si vt se ab
7 here.abs. ¶ † Si enī minoꝛ petit restitutionem ad
uersus aditionē hereditatis nō agit ꝯ certā perso
nam.vocari tñ debent creditoꝛes ꝓ eoꝛū interesse
ꝛ si nemo cōparet,nihilomin⁹ dȝ ꝓcedi i causa.di
cit tñ ibi Bal.ꝙ si creditoꝛes cōparēt dȝ cū eis fie
ri lit.cōte.arg.eoꝛū q̄ no.glo.in.c.p venerabilē.qui
fi.sint legi.nam si agiṫ de cōiugio pōt ꝓcedi lit.nō
cōte.ꝯ.absentē:tñ si pars cōparet fit ꝯtestatio.ꝛ vi
deṫ dictū satis no. Qñꝗ iploraṫ officiū ꝛ nō exigi
tur cause cognitio nec imploraṫ ꝯ certā ꝑsonā:et
tūc nō exigiṫ libell⁹ neꝗ li.cōtesta.vt si petiṫ tutoꝛ
pupillo.l.scire opoꝛtet.ff.de excu.tuto. Et multa
in hoc possent dici:sed vide plenius i locis p̄alleg.
Potest enī dari hic regula breuis qđ vbi officium
iudicis imploraṫ principaliter ꝛ cōtra certā perso
c nam ꝛ r.quiriṫ plenaria cause cognitio[c] debet da
ri libellus ꝛ fieri li.cōte.si aūt imploraṫ incidenter
non fit li.cōtest.ꝛ pone exēplum vt in glo.fi.ꝛ mul
tis modis pōt implorari incidenter.vt colligiṫ ex
8 glo.ꝛ melius per Bar.in.d.l.j. ¶ † In gloss.iij.ibi:
non perpetuaṫ per lit.ꝯtest.no.glo.ꝛ idem repetit
ꝯ.prope fi.ꝛ sensus glo.est ꝙ per li.cōte.nō cōpetit
maius tp̄s ad implorandū iudicis officiū ꝙ̄ prius
cōpetebat.exēplū in restitutione i integrū que dȝ
peti intra quadrienniū.vt in.c.j.ꝛ.ij.đ in inte.rest.
lib.vj.ꝛ.l.petende.ꝛ in.l.fi.C.de tēpo.in inte.resti.
secus aūt est in alijs actionib⁹:nā actio tēpoꝛalis
perpetuaṫ p lit.conte.de quo dicendū est vt habeṫ
9 in.l.fi.C.de prescrip.xxx.vel.xl.ann. ¶ † In ea.gl.
ibi sed cōtra vr̄.no.bene istā particulā glo.vsꝗ ad
versi.itē hic est ar.nā quotidie allegaṫ.ꝛ effect⁹ ꝯsi
stit in hoc ꝙ aut imploraṫ officiū iudicis principa
liter cōtra certā personā.ꝛ pōt ꝓcedi:li.nō ꝯte.sed
data cōtumacia partis ꝯtra quā imploraṫ dȝ ꝓce
di ad missionē ex primo ꝛ scđo đcreto:vel ad excōi
cationē:vel ad alia remedia:quēadmodū cū actio
ne intētata reus est cōtumax:aut imploraṫ cōtra
incertā personā:vt cū minoꝛ petit se restitui aduer
sus hereditatē aditā:ꝛ tūc nō est necesse ꝙ fiat con
testatio:quia nō est cum quo fiat. Et aduerte quia
gl.dicit ꝙ etiā si creditoꝛes apparerent nō est fien
da cum eis litis cōtest.quia nihil ab eis petiṫ.ꝛ sic

a ✠ Sebasti. Sapia. ¶ Qđ vbi. Uide latissime ꝑ Alexand. in. l. finita. §. iulianus. col. xlviij. ff. de damno infe.

b ✠ Sebasti. Sapia. ¶ Uerba legis. Uide Bart. i. l. solēt. col. ij. ff. de ali men. ⁊ ciba. lega. ⁊ late Decium in. d. l. si soror.

c ¶ Dignorē. Adde quod Fede. consi. xcv. sentit ꝙ sine peccato promo ueri non possit.

Anto. Franc.

¶ Ad hoc dicas ꝙ ille q̄ ē dignior sempꝫ ꝑferri mi nus digno. vt est tex. in. l. vidua. C. de nup. vbi ꝑ Cy. ⁊ Bal. q dicūt qđ ille q ē dignior dꝫ prius admitti ad eligēdū ⁊ advotū deponēdū. ⁊ vide gl. in. c. cū dilectꝰ. de ꝑōc. q̄ dixit qđ digniores debēt ꝑcedere ⁊ habere meliores ꝑb̄ēdas ꝙ̄ illi q sunt minꝰ digni. ⁊ id; dixit gl. insti. de bono. pos. in. §. aliā ꝯo. qđ digniores dn̄t sedere ⁊ poni ī al tiori loco. et vide bonū tex. in. c. de nicꝫ. iiij. dist. et in ca. illud. xvij. dist. vbi hꝫ ꝙ q prece dit ī dignitate dꝫ etiā in alijs prece dere. vn̄ credo ve ruꝫ esse ꝙ qn̄ daꝛ magis dignꝰ non possit eligi ille q est minꝰ dignus sine pctō: qꝛ semp videꝛ esse haben da rō dignitatis. l. maiorē. ff. d̄ pac. l. si longius. ff. de iudi. l. nec honor. ff. de epis. ⁊ cleri.

d ¶ Pro doctori bus. Adde qđ vo luit Roma. cōsil. cccxxxiij.

✠ Sebasti. Sapia.

e ¶ Preferēdꝰ est. de doctorib ꝰ pre ferēdis vide mul ta ꝑ Deci. in. c. cle ri. ĩ. de iud. ⁊ Fel. in. c. per tuas. ĩ. e.

✠ Sebasti. Sapia.

f ¶ Antiquior tpe. Qđ ātiqor sit ꝑfe rendus multa cu mulat Feli. hic. et Moder. in. l. cuꝫ qd. ff. si cer. pct. et vide qđ no. Bar. ī. l. cū pater. §. pa ter pluribꝰ. ff. de leg. ij. vbi dicit qđ antiquior ex plu ribus dn̄is tꝫ cla ues terrarum.

cum gl. transeunt Joā. and. ⁊ do. Ant. sed vt dixi Bal. tenet oppositum ī auꝛ. si oēs. ⁊ illa opi. vide tur verior. nam lꝫ nō petaꝛ aliquid a creditoribꝰ tn̄ ex quo imploraꝛ illud officiū ꝙ pōt tendere in pre iudicium creditorū: ⁊ creditores se offerunt ī iudi cio ⁊ cōtradicunt debet eis fieri litis conte. ⁊ satis videꝛ de mēte Bar. in. l. nec quicꝙ̄. in. §. vbi decre tum. ff. de offi. ꝓcon. vbi generaliter ponit an ⁊ qn̄ sit dādus libellus cū imploraꝛ iudicis officiū. Bu trig. tn̄ quē sequūtur Bar. ⁊ Bal. ī. d. auꝛ. si oēs. et in auꝛ. qui semel. C. qōo ⁊ qn̄ iud. ponebat hāc reg. a per tex. illius auꝛ. ꝙ vbi[a] non est ꝓuisum de reme dio missionis potest procedi li. nō ꝯtesta. ⁊ hāc di cebat ratione esse decidēdi in illa auꝛ. si omnes. et hāc regulā firmant Legiste qualitercunꝗ agatur in iudicio: vnde cū minor petit se restitui aduersus aditam hereditatē non pōt ibi ꝓcedi ad missionē ex primo decreto. Idem esset ꝫm hanc reg. qn̄ qs petit restitui aduersus sententiā: qđ tenuit Odof. sed hancreg. semper impugnauit do. Anto. per. c. tue. ĩ. vt lit. non conte. vbi d̄r ꝙ si nō pōt ꝓcedi ad missionem dꝫ reus cōicari. ⁊ sic nō ꝓcedit lit. non cōte. ⁊ ad illā auꝛ. si oēs. rn̄det ꝙ ibi non erat iudi cium ꝯdictorium: qꝛ nihil petebaꝛ a creditoribus nec ipsi voluerūt cōparere: ideo sine contestatione 10 ibi procediꝛ. ¶ † Cōclude ergo breuiter vltra ꝑdi cta ꝙ aut officiū iudicis imploraꝛ incidēter ⁊ non est necessaria li. conte. nec libellꝰ. aut ĩploraꝛ prin cipaliter: ⁊ tunc aut super iam liquido ita ꝙ nō est necessaria cause cognitio ⁊ nō debet fieri li. cōtest. exēplū cū filius petit alimēta a patre vel econtra: debet eñ de plano procedi. vt in. l. nec quicꝙ̄. §. de plano. ff. de offi. ꝓcon. vel cum petiꝛ executio sn̄ie a iudice qui iudicauit: aut petiꝛ sup non liquido: et tunc aut aduersarius est certꝰ ⁊ presens ⁊ debet fie ri cōtestatio ⁊ libellus offerri: exēplū cū petitur re stitutio in integrum aduersus ꝯctum. ⁊ de hoc est tex. hic. Aut aduersarius est absens ⁊ certꝰ ⁊ tūc si aliqđ petiꝛ dari vel fieri in preiudicium partis vꝉ a parte dꝫ fieri cōtestatio: vt hic in glo. Aut non pe titur aliquid dari vel fieri. exemplū cū minor vult abstinere ab hereditate adita: ⁊ pōt procedi li. nō conte. vt in. d. auꝛ. si omnes. Item cum aduersariꝰ est incertus. vt. in. d. auꝛ. Qn̄ aūt competat iudicis officiū: vide qđ dico in. c. sepe. de resti. spo. plene. ꝑ Legistas in. l. vnica. C. de condi. ex lege. ⁊ ꝑ Cy. in. l. ex placito. C. de re. ꝑmu. ⁊ dic breuiter ꝙ cū verba b legis[b] referunꝛ ad iudicē cōpetit ipsius iudicis of ficiū. ⁊ ad hoc gl. iūcto tex. in. l. si soror. C. de colla.

¶ De maioritate ⁊ obedientia. Rubrica.

¶ Quia ministrorū ⁊ iudicuꝫ de quibus. ꝯ. ꝓuisum est: alij sunt maiores: alij minores: nec aliter possit ecclesia vniuersalis: seu status vniuersi consistere. de quo vide pulchruꝫ tex. in. c. ad hoc. lxxxix. dist. ideo competenti ordine hic subditur de ipsoꝝ ma ioritate ⁊ obedientia impendēda.

1 ☞ Preferendi sunt ceteris paribus primo ordi nati. ⁊ nu. 3.

2 Preeminētia in canonicis vel alijs quid operetur vide per totum.

4 Officiales si sunt simul extracti: quis eoꝝ preferꝛ.

5 Concorditer dicitur id fieri ꝙ fit nemine discrepā te: lꝫ aliquando dicatur illud qđ fit a maiori parte.

1 Cum certum. † Bre ue ē: vꝉ ꝑ alia v̄ba pōt sic summari. Prius ordinatꝰ ceteris paribꝰ prior ⁊ ma ior habēdꝰ est. Uel sic. In honoribꝰ reuerētialibꝰ impendēdis pōderaꝛ ceteris paribꝰ maioritas ex ꝑoritate ordinatiōis. ¶ No. ꝑmo. ꝙ etiā iter ꝑsonas ecclesiasticas ē ha bēda distictio ī honoribꝰ impendendis: nā quem admodum in celesti curia non omnes sunt pares in potestate ⁊ officio: sunt enim ibi angeli ⁊ archangeli ⁊c. ita ⁊ in ecclesia militante non oēs homines debent esse pares in potestate ⁊ officio: sed aliqui maiores et aliq mīores: ⁊ ꝫm maioritatē ⁊ minoritatē honores ⁊ munera sunt im 2 pendenda. vt in. d. c. ad hec. ⁊ in. l. honores. ff. de decu. ¶ † Sed quero ꝑ declaratione litere in quo ꝯsistat ista maioritas vel minoritas. nam tex. dicit ꝙ ille est habēdus maior q prius legitime ordinatꝰ. Sol. di cit Inno. ꝙ prioritas ꝯsistit in eo qui habebit primū locū in sedēdo. itē in scribendo prius respōdendo: sigillando: ⁊ simi. naꝫ si canonici habēt se inscribere vꝉ sigilla apponere q primo fuit ordinatus ꝑferēdꝰ est, in tellige si sunt pares in ordine. vt in. c. statuimus. ĩ. eo. idem dicit in per ceptione ꝑbende vel in collatione beneficiorū vacantiū dūmodo ꝫm eū sint merito pares. Aduerte quia hec vltima limitatio videꝛ confunde re istam literam q̄ nō ꝯsiderat meritum ꝑsone sed prioritatē ī ordina tione. Et ideo distinguo melius concordādo hic dicta Inno. ꝙ aut queriꝛ de ordinādis ⁊ ꝓmouēdis aut d̄ iam ordinatis ordinādis. Prio casu non est ꝯsideranda prioritas in tempore ordinationis, sed meritū persone: nam melior ⁊ dignior debet ꝓmoueri ⁊ non ille qui primo fuit ordinatꝰ. vt in. l. honores preall. ⁊ in eo. c. licet. viij. q. j. Nunquid auteꝫ possit quis sine peccato eligere vel promouere dignum ex quo potuit c eligere vel promouere digniorem.[c] vide bonā glo. in. d. c. lꝫ. ⁊ facit quod no. glo. ⁊ Bar. in. l. cum quidā. ff. de lega. ij. ⁊ vide quod dixi in. c. consti tutus. ĩ. de appella. sed si merita sunt paria tunc preferendus ⁊ promo uendus est primo ordinatus. vt in. c. episcoporum. lxxiiij. distinctione. 3 ¶ † Secūdo casu cū queriꝛ de iā ordinatis ordinandis: ⁊ tunc hꝫ locuꝫ ista litera vt prius ordinatus magis honoreꝛ lꝫ scđo ordinatꝰ sit suffi ciētior. ad hoc. l. j. ff. de albo scribē. no. Bartol. in. l. ij. in. §. priꝰ. ff. d̄ vul. d ⁊ pup. Et hec no. ꝑ doctoribꝰ[d] ⁊ militibꝰ ⁊ multis ꝑferendis adinuicē vel honorandis. nā data paritate in reliquis primo ꝓmotꝰ ꝑferendus e est.[e] intellige nisi posterius ordinatus habuerit dignitatem a principe: quia tunc data in ceteris paritate preferendꝰ est ille qui habuit digni 4 tatem a ꝑncipe. vt in. c. per tuas. ĩ. e. ⁊ ī. l. si. ff. de albo scribē. ¶ † Quid autem si non est dare prioritatē in tpe ordinationis. pone exēplū in ab stractis simul ad idē officiū etiā in ciuibus qui de presenti non sunt in aliquo ordine vel officio. recurrēdū est ad tex. no. in. d. l. j. de albo scri. vt ille q functꝰ est maioribus officijs vel beneficijs ꝑferatur: vel si pluries assumptꝰ fuit ad honores ciuitatis ⁊ data paritate ꝑferendus est anti f quior tēpore[f] itē is qui habet filios ꝑferendus est nō habēti. tex. est no. l. in albo. ⁊ ibi per Bar. C. de decu. lib. x. ⁊ hoc no. Nam ꝫm ꝑdicta opor tet distinguere ⁊ limitare scripta per doc. item ꝫm In. consistit maiori tas ista nam facta electione de ꝑlato iste antiquior dꝫ solēniter eligere personā nominatā ī scrutinio. itē vacante ecclesia abbate seu preposito iste qui est antiquior in ordinatione hꝫ conuocare capitulū ⁊ ceteri te nentur venire ad ipsius vocationē nō tn̄ per hoc exercebit iste iurisdi tionem in alios nisi hoc habeat cōsuetudo. vn̄ nō poterit punire nō ve nientes neqꝫ poterit facere ꝯctus nomine ecclesie nec agere. qꝛ per istaꝫ prioritatē non est ꝑlatus ecclesie. sed hꝫ istaꝫ maioritatē in honoribꝰ ⁊ in istis maioritatibꝰ. habebit tn̄ hec vocatio ad capitulum ꝑ istū factaꝫ hūc effectū: qꝛ potestas residebit penes veniētes: ⁊ sic facit absentes cō tumaces. Ad idē vide ꝙ not. idem Inno. in. c. ij. de no. ope. nun. et pro cedunt nisi in collegio sit alius ad quē de iure vꝉ de ꝯsuetudine spectet cōuocatio capituli. ⁊ not. bene hec dicta Inno. quia quotidie alleganꝛ. ⁊ sequiꝛ Bar. in. d. l. j. dicit Inno. ꝙ vbi opus est ꝯgregare collegiū po terit ordinarius vel delegatus in cā cōpellere istū ad quē spectat cōgre gatio collegij vt collegiū ꝯgreget. Et ex hoc habes sumere practicā q̄li ter sit ꝓcedendū cū collegiū est citandū. nā pōt cōpelli iste vt cōgreget. ⁊ vide gloss. no. in. c. si capitulo. de conces. ꝑben. lib. vj. ¶ In gloss. fi. no ta duo ex glo. primo ꝙ actio qn̄qꝫ sonat in factū ⁊ nō in ius. ⁊ vide glo. 5 ⁊ qđ dixi in. c. j. de ꝯsti. ¶ † Scđo no. iuncto tex. ꝙ illud qđ fit a maiori parte collegij dicitur factū ꝯcorditer. ⁊ hoc no. do. Ant. hic sed nō pro cedit inspecta vera ⁊ propria significatione vocabuli. nam illud d̄r fieri cōcorditer qđ fit nemine discrepāte. vt no. glo. in cle. ne romani. de elec. ⁊. c. cupientes. eo. ti. li. vj. ⁊ videꝛ tex. in. c. quorūdam. eod. tit. ⁊ libr. hoc etiā habet etymologia vocabuli. nam dicuntur aliqui ꝯcordes qui sunt vnius cordis a con qđ est simul. ⁊ ad istū tex. dicit ꝙ ꝓcedit propter sub iectam materiā: qꝛ id qđ fit a maiori parte fingitur factū ab omnibus vt in. c. j. de his que fiunt a maio. par. capi.

1 ☞ Clerici de iure diuino sunt exempti a potestate imperatoris.

2 Papa non posset clericos subijcere potestati laicali.

3 Clericus non tenetur in aliquo obedire laicis nisi sint feudatarij ipso rum.

4 Mortis appellatione venit excommunicatio.

Si quis. Ueniens ꝯ decretū vꝉ ꝯstitutionē ep̄iꝫ ex cōicari. ꝑmo dictū. scđo corroborat per vnaꝫ autoritatē. ibi: in li. regū. tertio ꝑ aliā ibi. et ī ꝯcilio. ¶ Not. j. ꝙ veniēs ꝯ mādatū superioris peccat mortaliꝛ: nā pt excōica ri vt ꝑ pꝫ. excōicatio aūt nō ferꝛ nisi ꝑ mortali. xj. q. iij. ī. c. nemo. ⁊. c. nul lus. ¶ Scđo no. ꝙ ep̄s pōt facere decretū. ⁊ pōt tex. itelligi d̄ ꝯstitutiōe potest etiā statutuꝫ facere in sua diocesi. vt in. c. ij. de con. lib. vj. dicit tn̄ glo. hic quā no. ꝙ sup maioribꝰ negotijs non pōt statuere. ⁊ habes cōsi miles glo.

¶ Subijcere. Adde Ro.sing.suis.fo.6.
Zacharias. ¶ Adde ꝙ debuit alleg. Ro.sing.suo.ccccxvi.incip.sed an pōt papa.cui adde ipsummet in.l.si vero.ff.so.ma.Feli.in.c.eccl'ia scte marie.col.iij.in pn.Old.ꝯsi.lxxxiij.⁊ ꝙ no.postremo i apost.ad istū in alle.c.eccl'ia scte marie i apostil.meis post alios in Vsi.laici. s. de cōsti.

cōmissa.no.Ang.in aut.vt iudi.sine quoquo suf.§.si qs.⁊.§.illud. col.ij. ⁊ de violentia illata subdito.l.iubemus.⁊ ibi Sali.C.ad.l.iul.repe.⁊ si qd cōtra iurisditionē superioris faciat. Bal.in.l.si appellatione. C. de app.⁊ Ale.in prealle.l.pars lr̄arum.in ciuilibꝰ vero pōt ꝑ debitis alibi cōtractis ⁊ tpalis ⁊ ꝑpetuus offō durante cōueniri.ita no.Ange.i.l.

¶ Feudū. Adde Old.ꝯsi.xvij.
✝ Sebasti. Sapia.
¶ Non obediēs. vide Ant.de but. in.c.nā ꝯcupiscētiā.de constit.vbi videt velle ꝙ non sit in ptāte principis secularis ligare ad pctm̄ mortale ⁊ de pena cōtemnentis mandatum legis pulchre ponit Bal. in.l.legis virtus. ff.de legi.
✝ Sebasti. Sapia.
¶ Durante officio. Vide ad hec latissime ꝑ Moder.in.l.principalibus.ff.si cer.pe. Bal.in.l.nisi finita.ff.de tute.⁊ ratio.distra.Car.in c.venerabilis.co. vij.ꝫ.de iud.Pet. de anc.in.c.statutū.§.cū vero.ver. incidēter querit. de rescrip.lib.vj.
Zacharias.
¶ Sine administratiōe. Erit igitur tibi firma cōclusio vt scias an ⁊ quando officialis officio durante conueniatur ꝙ officialis dignitatem habēs sine administratiōe officio durāte de quibuscūqꝫ pōt cōueniri. Bar.in.l.nec magistratibꝰ.ff.ð inui.nisi forte habeat ius carcerādi fm Bar.i.l.de pupillo.§.si quis ipsi.ff.ð oper.no.nun.idē in perpetuis. vt no. Bar. i alle.§.si qs ipi.⁊ in.l.j.ff.de offi.ꝑcu.cesa.⁊ in.l.ij.§. qbus.⁊.§.fin.⁊ in l.ciuitas.ff.qð cuiusqꝫ vni.no.ideꝫ si eēt ad bn̄placitū principis: qꝛ ꝑpetuo equiparat no. Bar.ibidē et Alex.i.l.ꝑs literarum.ff.de iudi.facit.c.si delegatꝰ. ff.ð off.dele.li.vj. si gratiose. de rescrip.eo.li.⁊ gl.in cle.ij.e.tit. tpales vo nō cōueniunt nisi ꝑ furto barateria ⁊ simonia ꝑ officio obtinēdo

miles gl.iij.dist.§.porro.⁊.xviij.di.in sum.⁊ itelli ge de maioribꝰ non reseruatis pape:vt in.c.maiores.de bap.⁊ qð not.in.c.qð translationem.de offi.le. ¶ 1 †Sed q̄ro qs eximit clericos a ptāte imperatoris.vr̄ enim ꝙ oēs debēt esse subiecti pncipi seculari:qꝛ in orbe debet esse vnus pnceps.vij.q.j. in apibus.Solu.dicit Laurē.ꝙ papa eos exemit de cōsensu iperatoris.xj.q.j.in.c.iiij.Tan.dicit ꝙ sunt exēpti lege diuina.alle.bo.tex.i.c.si iperator xcvj.di.vide ibi bo.gl.Dicūt ēt Inno.⁊ Hosti.ꝙ cū clerici sint res spūales:qꝛ trāstulerūt corpus et animā ad seruitiū dei.xij.q.j.duo sunt.dignū est vt nō subijciant ꝯstitutiōibus laicoꝝ ⁊ iō papa iure suo potuit eos eximere a ptāte iperatoris.precedens opi.plus mihi placet.⁊ vide bo.text.iuncta gl.in v.diuino.ꝫ.de censi.c.q̄q̄.li.vj.⁊ i nouo testō nō dꝫ esse aliqua discrepatio:qꝛ xp̄s ꝑfecit Petrū oibꝰ hoibꝰ.imperator aūt preficit solū rebus secularibus:vt in.c.solite.ꝫ.e. ¶ 2 †Et not.ꝙ dixi ꝙ de iure diuino clerici sunt exēpti a ptāte iudicis secularis.ex quo sequit ꝙ papa nō posset eos subijcere[a] imperatori:qꝛ non pt ꝯ ius diuinū. xxv. q.j. sūt qdā.Itē ꝑsupposito ꝙ essent exēpti ab eccl'ia nō posset papa eos subijcete iperatori: qꝛ decoloraret status vniuersalis eccl'ie:ꝙ papa facere non pōt.j.q.vij.⁊ si illa.no.glo.in.c.lr̄as.de restit. spo. ¶ 3 †In gl.pe.ibi.i.pape.no.glo.iuncto tex.ꝙ papa pōt appellari pnceps.itē ⁊ impator.qn̄qꝫ appellat pontifex.⁊ hoc voluit dicere gl.dū dicit sic econuerso.Et in fi.gl.intellige hoc:qn̄ clericus hꝫ tēporalia ab imperatore in feudū:secus aūt si clericus possidet tpalia sed non hꝫ ea in feudū[b] a seculari.tūc eīn non subijcit pncipi seculari.nā propter illa bona temporalia nō tenetur ei obedire: vt in.c.nouerint.x.q.j.not.Inno.ꝫ.eo.in.c.solite. ¶ 4 †In gl.vlti.ibi.vel morte.s.eterna:vel dic moriat.i.excōicetur.nam i iure canonico mors capit pro excōicatione vt in.c.ꝑ venerabileꝫ.qui fil.sint legi.vbi bo.tex.vel dic ꝙ hic allegatur illa autoritas q̄ habetur in libro Regum.in.c.xiij.ad fi.similitudinarie.vt quemadmodum non obediens pncipi seculari morte perire dꝫ vt ibi. ita nō obediens iudici ecclesiastico dꝫ mori spiritualiter scꝫ per excommunicationem:vt ptꝫ in prin.⁊ in fi. c. Et ex hoc not.ꝙ non obediens[c] principi seculari peccat mortaliter ⁊ posset iudex ecclesiasticus ad petitionem iudicis secularis illū inobedientem excōicare:vt dixi in.c.j.s.de offi.ordi.

☞ 1 Iniuria fit alicui cuius verbo credi debebat si ab eo exigitur scriptura.
Carcerandus iniuriatur si non admittitur ad fideiussores.
Fideiussor idoneus si recusatur pōt agere actione iniuriarum.
2 Promittens aliquid nō tenetur super eo scripturam facere.
3 Officialis an possit conueniri tam ciuiliter q̄ criminaliter donec est in officio.
Comites palatini an veniāt appellatiōe comitū.

Legebatur. Clericus administratione carens non tenet ad iuramentū obedientie vel ad faciendum scripturā sup ea. ⁊ pōt tex.iste itelligi dupliciter.Primo ꝙ iste frater atticus scripturā de obediētia prestanda epō noīe ꝑprio scripsit.Scdō potest intelligi qð scripsit in ꝑsona alterius ⁊ non est vis qs intellectus teneat:sensus eīn litere est ꝙ clericus non habēs curā animarum nō tenet promittere epō obediētiam ꝑ scripture confectionē vel per iuramēti interpositionē:sed satis est verbo obedientiā ꝓmittere:⁊ hoc intēdit litera iuncta gl.j. ¶ Casus literalis. Quidā electus fuit in ꝑlatū alicuius ecclesie ⁊ confirmatus: qdā frater atticus nomine absens erat hec audiēs statim venit ⁊ voluit facere obedientiā sed prelatus volebat ꝙ ipse ꝑ scripturam obligaret ad obedientiā ꝑstandā:⁊ sic scripsit ⁊ spopondit frater atticus.prelatus iste significauit hoc dn̄o pape qualiter frater atticus scripserat.Rn̄dit ei papa dicens ꝙ in lr̄is illis signū ꝓdebat iniurie qꝛ non fuit necesse vt obligaret scripto qui obediētiam suam sponte exhibuit. Ber.

¶ 1 †No.j.ꝙ iniuria fit ei cuius v̄bo credi dꝫ si ab eo exigit scriptura:sicut in sim̄ dicit ꝙ iniuria fit ei qui ducit ad carceres si non admittit ꝑstans idoneos fideiussores.sic etiā iniuria fit fideiussori idoneo si nō admittit vt idoneus.vt i.l.si vero.§.j.ff. qui satis.cog.⁊ limita primū dictū vt hr̄ in.c.si clericos.de sen.ex.li.vj.vt legi.⁊ no.in.l.j.ff.de custo.reo. ¶ 2 †Not.ij.ꝙ obligatus ad aliqd promittendum non tenetur sup eo scripturā facere. ¶ Not. iij.ibi ꝓdebat iniurie:qð superior qn̄qꝫ facit iniuria subdito:ex quo sequit qð conueniri pōt actione iniuriarū.pro hoc.l.nec magistratibꝰ.ff.de iniur. ¶ 3 †Et hinc sumpta occasiōe doct.hic instāt: nunqd durante officio[d] possit iudex conueniri de delicto.⁊ distingue latius ⁊ clarius ꝙ quidā sunt habentes dignitatē sine administratiōe[e]: vt sunt isti q vocant comites palatini sine aliquo comitatu qui tn̄ abusiue dicunt comites.nam proprie comes est ille qui inuestitus est de comitatu.vt in.c. j.qs dicatur dux vel comes.colla.x.⁊ ibi hoc not. Bal.facit.c.significauit.de rescrip. Ex quo infert qð in dispositione restringibili appellatiōe comitum nō veniunt isti.ꝙ bn̄ no.⁊ isti tales pn̄t semp conueniri:vt in.l.ij.C.vbi sena.vel cla.no. Bar.in d.l.nec magistratibus.quidam sunt habentes dignitatem cū administratione ⁊ aut delinquūt in officio ⁊ pn̄t cōueniri durāte officio ⁊ postea vt i l.iubemus.C.ad.l.iuliā repe.⁊ in aut.vt iudi.sine quoquo suffra.in.§.necessitatem.aut delinquunt extra offm̄:⁊ si sunt iudices inferiores: vtputa habentes simplicē iurisditionē ⁊ pn̄t cōueniri etiam durante officio:vt in.d.l.nec magistratibꝰ.in fin. aut sunt iudices maiores ⁊ si sunt ꝑpetui pn̄t conueniri.nā alias eorū delicta remanerent impunita ⁊ iniuriā ⁊ damnū passi nimiū lederentur:cum crimina morte extinguātur.xxxiij.di.quorundaꝫ. ⁊ in.l.j.⁊.ij.C.si re.vel ac.mor.fue.⁊ ꝓbatur in.c.si clericus aduersus.xj.q.j.⁊ in.c.sacro.ꝫ.de sen.exc. ⁊.x.q.iij.c.qꝛ cognouimus.⁊ in.c.conquerente.de resti.spo.cum simi.in quibus patet epm̄ posse cōueniri etiā ꝑ subditū proprium durāte dignitate nec est necesse petere licētiam a principe ꝓut quidam hic scripserunt allegantes.l.cū vero.ff.de fideic.lib.q̄ non probat:aut sunt temporales ⁊ nō pn̄t regulariter cōueniri[f] durante offō. vt in.d.l. nec magistratibꝰ.⁊ i.l.pars lr̄arū.ff.de iu.⁊.ij.qð.j. prohibent.cōpellunt tn̄ prestare cautionem de rn̄dendo deposito officio.vt in.l.si adulteriū.in fin. ff.de adul.no.gl.in.d.c.ꝓhibentur.si tn̄ actio est tēpore peritura compellunt suscipere iudiciū vsqꝫ ad contestationē litis.vt in.l.senatus.in fin. ff. de offi.presi.⁊ no.gloss.in.d.l.nec magistratibus.Ex predictis habes an ⁊ qn̄ iudices seu dignitatē habentes possunt in ius vocari. ¶ In gl.j.in fi. no. glo.⁊ dicunt hic docto.qð si clericus ꝑmo fuit rebellis in obediēdo potest cōpelli prestare iusiurādum.idē si primo fuit excōicatus.vt in.c.cū in ecclesijs.ꝫ.eo.⁊ de sen.exc.c.cum desideres. dicit tn̄, Hoff.inspiciendam fore consuetudinem.sꝫ Hos. dicit valere consuetudinem:vt non habentes curam iurent vel aliter promittant:sed consuetudo non valet vt clericis cōmittatur cura sine iuramēto ne disrumpatur neruus ecclesiastice discipline. pro hoc.c.significasti.de elect.⁊ in ca.cum inter.de consue.⁊ no.hoc dictum:licet iudicio meo posset impugnari:quia cū hoc sit de iure positiuo satis

ij.C.de admi.tut. ⁊ Bar.⁊ doc.i sepe alleg.l.ꝑs lr̄arum.⁊ ibi est bo.tex.ff.de iudi.
Anto.Francis.
